Hec dicit dominus ad hieremiam. Vade et dices ad eos. Hec dicit dominus deus iſrāel. Ecce ego conuertam arma bellantium quæ in manibus ueſtris. et quibus uos expugnatis regem babylonis. et chaldæos qui obſident uos foris muro. et congregabo eos in medio urbis huius. Et pugnabo ego uobiſcum in manu extenta. et in brachio forti. in furore. et in ira. et in indignatione magna. Et percutiam habitatorem urbis huius. tam homines quam iumenta. peſte magna morientur. Et poſtea dicit dominus. tradam Sedeciam regem iuda. et ſeruos eius. et populum. et reliquos in urbe hac a peſte. a gladio. et a fame. in manu nabuchodonoſor regis babylonis. et in manu inimicorum eorum. et in manu quærentium animas eorum. et percutiet eos in ore gladii. non parcet eis. nec miſerebitur. nec clemens erit ſuper eos. Et ad populum istum dices. Hec dicit dominus. Ecce ego do coram uobis uiam uitæ. et uiam mortis. Qui manſerit in ciuitate hac. morietur in gladio. et in fame. et in peſte. Qui autem egreſſus fuerit. et tranſfugerit ad chaldæos qui obſident uos. uiuet. et erit ei anima ſua in ſalutem. Quia poſuiſti faciem tuam ut habites in ciuitate hac. tradita tradetur in manu regis babylonis. et comburet eam igni. Et nunc domus regis iuda audite uerbum domini. Hec dicit dominus. Facite iudicium in matutino. et liberate oppreſſum de manu calumniatoris. ne forte egrediatur ſicut ignis indignatio mea. et exardeſcat. et non eſt qui extinguat. propter malitiam cogitationum ueſtrarum. Ecce ego ad te habitatorem conualis huius. et petram campeſtrem. dicit dominus. Qui dicitis. Quis deſcendet ad nos. et quis ingredietur habitacula noſtra. Et uiſitabo ſuper uos ſecundum fructum adinuentionum ueſtrarum. dicit dominus. Et ſuccendam ignem in ſaltibus eius. et deuorabit omnes in circuitu eius. Hec dicit dominus. Deſcende in domum regis iuda. et loqueris ibi uerbum iſtud. Et dices. Audi uerbum domini rex iuda qui ſedes ſuper thronum dauid. tu et ſeruus tuus. et populus tuus. qui ingreditis portas iſtas. Hec dicit dominus. Facite iudicium et iuſtitiam. et liberate calumniatum de manu calumniatoris. et aduenam. et pupillum. et uiduam nolite contriſtare. et opprimere. et ſanguinem innocentem nolite effundere in loco iſto. Si enim facientes feceritis uerbum iſtud. introibunt per portas domus huius reges ſedentes ſuper ſolium dauid. et aſcendentes in curribus. et in equis. ipſe et ſeruus eius. et populus eius. Si autem non audieritis uerba hæc. in memetipſo iuraui dicit dominus. quia in desolationem erit domus hæc. Quia hec dicit dominus ad domum regis iuda. Galaad tu mihi es. caput libani. Si non ponam te desertum. ciuitates inhabitabiles. Et ſanctificabo ſuper te interficientem. et uirum et arma eius. et succident electos cedros tuas. et mittent in ignem. Et pertranſibunt gentes per ciuitatem hanc. et dicet unuſquiſque ad proximum ſuum. Quare fecit dominus ſic huic ciuitati magnæ. Et dicent. Quia dereliquerunt pactum domini dei ſui. et adorauerunt deos alienos. et ſeruierunt eis. Nolite flere mortuum. nec lugeatis eum. Flete amare eum qui uadit. quia non reuertetur ultra. nec uidebit terram natiuitatis ſuæ. Quia hec dicit dominus de Sellum filio Ioſiæ regi iuda. qui regnauit pro Ioſia patre ſuo. qui egreſſus eſt de loco iſto. Non reuertetur illuc amplius. ſed in loco ad quem captiuus ductus eſt illuc moriet̄ur. et terram hanc non uidebit amplius. Væ qui ædificat domum ſuam non in æquitate. et cœnacula ſua non in iudicio. Proximo ſuo ſeruiet frustra. et mercedem operis eius non reddet ei. Qui dicit. Ædificabo mihi domum ſpatioſam. et cœnacula ampla. Et aperiam ſibi feneſtras. et cedro dealbabo. et miniabo minio. Numquid regnabis quia conferis te cedro. Numquid non comedit. et bibit pater tuus. et fecit iudicium et iuſtitiam. tunc bene erat ei. Iudicauit cauſam pauperis et inopis. et tunc bene erat. Nonne hoc eſt ſcire me dicit dominus. Quia non ſunt oculi tui. et cor tuum niſi ad auaritiam tuam. et ad effundendum ſanguinem innocentem. et ad calumniam. et ad faciendum oppreſſionem. Propterea hec dicit dominus de Ioakim filio Ioſiæ regi iuda. Non plangent eum. Væ domine. et væ gloria eius. Sepultura aſini ſepelietur. putrefacta et proiecta extra portas hieruſalem. Ascende libanum. et clama. et in baſan da uocem tuam. et clama ab abarim. quoniam contriti ſunt omnes amici tui. Locutus ſum ad te in humilitatibus tuis. dixiſti non audiam. Hec uia tua a iuuentute tua. quia non audiſti uocem meam. Omnes paſtores tuos pascet uentus. et amici tui in captiuitatem ibunt. Tunc certe confundet̄ris. et erubeſces ab omni malitia tua. Habitatrix libani. quæ nidificas in cedris. Quando uenerint tibi dolores. dolor quaſi parturientis. Si non ſedeat Conias filius Ioakim regis iuda anulus in dextera manu mea. inde auellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam. et in manu quorum tu formidas facies. et in manu nabuchodonoſor regis babylonis. et in manu chaldæorum. Et proiiciam te. et matrem quæ genuit te in regionem alienam. ubi non eſtis nati. et ibi moriemini. Ad terram autem ad quam ipſi eleuant animas ſuas. ut reuertantur illuc. non reuertentur. Numquid uas fictile contritum iſte Conias. aut uas inutile. Quare ergo proiecti ſunt ipſe et ſemen eius. et abiecti in terram quam ignorabant. Terra terra terra. audi uerbum domini. Hec dicit dominus. Scribite uirum iſtum ſterilem. uirum qui in diebus ſuis non proſperabitur. Non enim proſperabitur de ſemine ſuo uir ſedens ſuper ſolium dauid. et dominans ultra in iuda.

Væ paſtoribus qui dilaniant. et dispergunt oues paſcuæ meæ. dicit dominus. Propterea hec dicit dominus deus iſrāel ad paſtores populi mei. Vos diſperſiſtis oues meas. et eieciſtis eas. et non uiſitaſtis eas. Ecce ego uiſitabo ſuper uos malitiam cogitationum ueſtrarum. dicit dominus. Et congregabo reliquias ouium mearum de cunctis terris. ad quas eiecero eas illuc. et reducam eas ad habitacula ſua. et crescent. et multiplicabuntur. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtores. et pascent eas. et non timebunt ultra. neque formidabunt. et non deerit ex eis. ait dominus. Ecce dies uenient dicit dominus. et suſcitabo dauid germen iuſtum. et regnabit rex. et ſapiens erit. et faciet iudicium et iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur iuda. et iſrāel habitabit confidenter. et hoc eſt nomen quod uocabunt eum. dominus iuſtus noſter. Propterea ecce dies uenient dicit dominus. et non dicent ultra. Viuit dominus qui eduxit filios iſrāel de terra egypti. Sed viuit dominus qui eduxit et adduxit ſemen domus iſrāel de terra aquilonis. et de cunctis terris ad quas eiecerat eos illuc. et habitabunt in terra ſua. Super prophetas. Contritum eſt cor meum in medio mei. et contremuerunt omnia ossa mea. Factus ſum quaſi homo ebrius. et quaſi uir dominatus a vino. a facie domini. et a facie uerborum ſanctorum eius. Quia adulteris repleta eſt terra. quia a facie maledictionis obluctata eſt terra. et lugent pascua deſerti. et facta eſt malitia eorum. et fortitudo eorum non recta. Quia et propheta et ſacerdos polluti ſunt. et in domo mea malitias eorum reperi. dicit dominus. Propterea fiat uia eorum quaſi lubricum in tenebroſo. impellentur. et corruent in ea. Quia inducam ſuper eos malum. annum uiſitationis eorum. dicit dominus. In prophetis ſamariæ uidi fatuitatem. prophetabant in baal. et decipiebant populum meum iſrāel. Et in prophetis hieruſalem uidi horrenda. adulterantes. et ambulantes in mendacio. et confortantes manus malignorum. ut non reuertatur unuſquiſque a malitia ſua. facti ſunt mihi omnes habitatores eius quaſi sodoma. et quaſi gomorra. habitatores eius. Propterea hec dicit dominus exercituum ad prophetas. Ecce ego cibabo eos abſinthio. et potum dabo eis fellis aquæ. Quia a prophetis hieruſalem egreſſa eſt pollutio super uniuerſam terram. Hec dicit dominus exercituum. Nolite audire uerba prophetarum qui prophetant uobis. et decipiunt uos. Viſionem cordis ſui loquuntur. non de ore domini. Dicunt uidentibus me. Locutus eſt dominus. Pax erit uobis. et omni qui ambulat in prauitate cordis ſui dixerunt. Non ueniet ſuper uos malum. Quis enim ſtetit in conſilio domini. et uidit. et auſcultauit ſermonem eius. Quis attendit uerbo meo. et auditum dedit. Ecce turbo domini furor egredietur. et tempeſtas erumpens. in caput impiorum ruet. Non auertet furor domini donec faciat. et donec conpleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſimo dierum intelligentia conſiderabitis eam. Non mittebam prophetas. et ipſi current. non loquebar ad eos. et ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo. et audire feciſſent uerba mea populum meum. a uia ſua mala conuertiſſem eos. et a malitia cogitationum earum. Numquid deus de propinquo ego ſum. dicit dominus. et non deus de longe. Si abſconderit homo ſe in occultis. et ego non uidebo eum. dicit dominus. Nonne cœlum et terram ego impleo. dicit dominus. Audiui quid dixerint prophetæ. qui prophetant in nomine meo mendacium. dicentes. Somniauit somnium. somniauit somnium. Vſquequo iſta ſit in corde prophetarum prophetantium mendacium. et prophetas ſeductionis cordis ſui. Qui cogitant ut faciant obliuiſci populum meum nominis mei in ſomniis ſuis. ſicut obliti ſunt patres eorum nominis mei propter baal. Propheta qui habet ſomnium narret ſomnium ſuum. et qui habet ſermonem meum loquatur ſermonem meum in ueritate. Quid paleæ ad triticum. dicit dominus. Numquid non uerba mea ſunt quaſi ignis. dicit dominus. et quaſi malleus conterens petram. Propterea ecce ego ad prophetas. dicit dominus. qui furantur uerba mea unuſquiſque a proximo ſuo. Ecce ego ad prophetas. dicit dominus. qui aſſumunt linguas ſuas. et aiunt. Ait dominus. Ecce ego ad eos qui prophetant ſomnia falſa. dicit dominus. et narrant ea. et ſeducunt populum meum in mendaciis ſuis. et in miraculis ſuis. Ego autem non mittebam eos. et non præcepi eis. et utilitatem non præbebunt populo huic. dicit dominus. Si interrogauerit te populus iſte. aut propheta. aut ſacerdos dicens. Quod eſt onus domini. dices ad eos. Vos onus. et proiciam uos. dicit dominus. Et propheta. et ſacerdos. et populus qui dixerit. Onus domini. uiſitabo ſuper uirum illum. et ſuper domum eius. Hec dicetis unuſquiſque ad proximum ſuum. et unuſquiſque ad fratrem ſuum. Quid reſpondit dominus. et quid locutus eſt dominus. Onus autem domini nolite amplius memorare. quia onus unuſquiſque erit ſermo eius. quia uerba Dei uiuentis. domini exercituum dei noſtri uertiſtis. Hec dices ad prophetam. Quid reſpondit tibi dominus. et quid locutus eſt dominus. Quia autem dicitis. Onus domini. propterea hec dicit dominus. Quia dixiſtis uerbum iſtud. Onus domini. et miſi ad uos dicens. Ne dicatis. Onus domini. Ecce ego obliuiſcens obliuiſcar uos. et ciuitatem quam dedi uobis. et patribus ueſtris. auferam a facie mea. Et ponam ſuper uos opprobrium ſempiternum. et confuſionem ſempiternam. quæ non delebitur.

Hec ostendit mihi dominus. et ecce duo calathi pleni fructibus ficuum poſiti ante templum domini. poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor rex babylonis Iechoniam filium Ioakim regem iuda. et principes iuda. cum fabris et inclusis de hieruſalem. et adduxit eos in babylonem. Calathi unus habebat ficus bonas nimis. quaſi ficus primi temporis. et calathus alter habebat ficus malas nimis. quæ comedi non poterant præ malitia. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens. Quid tu uides hieremia. Et dixi. Ficus. ficus bonæ nimis. et malæ malæ nimis. quæ comedi non poſſunt præ malitia. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens. Hec dicit dominus deus iſrāel. Sicut ficus bonas iſtas. ſic recognoſcam captiuitatem iuda. quam emiſi de loco iſto in terram chaldæorum in bonum. Et ponam oculos meos ſuper eos in bonum. et reducam eos in terram iſtam. et ædificabo eos. et non deſtruam. et plantabo eos. et non euellam. Et dabo eis cor ut ſciant me. quia ego dominus. et erunt mihi in populum. et ego ero eis in deum. quia reuertentur ad me in toto corde ſuo. Et ficus malas. quæ comedi non poſſunt præ malitia. quia hec dicit dominus. ſic dabo Sedeciam regem iuda. et principes eius. et reliquias hieruſalem. et habitantes in terra iſta. et habitantes in terra ægypti. Et dabo eos in commotionem in omnia regna terræ. in opprobrium. et in proverbium. in fabulam. et in maledictum in cunctis locis ad quæ eiecero eos. Et mittam in eos gladium. et famem. et peſtilentiam. donec conſumantur ſuper terram quam dedi eis. et patribus eorum.

Verbum quod factum eſt ad hieremiam de omni populo iuda. in anno quarto Ioakim filii Ioſiæ regis iuda. quod eſt primus Nabuchodonoſor regis babylonis. Quod locutus eſt hieremias propheta ad omnem populum iuda. et ad omnes habitatores hieruſalem. dicens. A tredecimo anno Ioſiæ filii Amon regis iuda. uſque ad diem hanc. ecce tres et uiginti anni. factus eſt ſermo domini ad me. et locutus ſum ad uos. de mane conſurgens. et loquens. et non audiſtis. Et miſit ad uos dominus omnes ſeruos ſuos prophetas. de mane conſurgens miſit. et non audiſtis. nec inclinauiſtis aurem ueſtram ad audiendum. dicentes. Reuertatur unuſquiſque a uia ſua mala. et a cogitationibus ueſtris pessimis. et habitabitis in terra quam dedit dominus uobis. et patribus ueſtris a ſæculo et uſque in ſæculum. Et nolite ire poſt deos alienos. ut ſeruiatis eis. et adorentis eos. et nolite ad irritandum me in operibus manuum ueſtrarum. et non nocebo uobis. Et non audiſtis me. dicit dominus. ut ad irritandum me in operibus manuum ueſtrarum in malum uobis. Propterea hec dicit dominus exercituum. Quia non audiſtis uerba mea. ecce ego mittam et tollam uniuerſas cognationes aquilonis. dicit dominus. et ad Nabuchodonoſor regem babylonis ſeruum meum. et adducam eas ſuper terram iſtam. et ſuper habitatores eius. et ſuper omnes gentes in circuitu. et interficiam eos. et dabo eos in ſolitudinem. et in ſibilum. et in ſolitudines ſempiternas. Et perdam de eis uocem gaudii. et uocem lætitiæ. uocem ſponſi. et uocem ſponſæ. uocem molæ. et lumen lucernæ. Et erit uniuerſa terra hæc in ſolitudinem. et in ſtuporem. Et ſeruient gentes iſtæ regi babylonis ſeptuaginta annis. Et erit cum impleti fuerint ſeptuaginta anni. uiſitabo ſuper regem babylonis. et ſuper gentem illam. dicit dominus. iniquitatem eorum. et ſuper terram chaldæorum. et ponam eam in ſolitudines ſempiternas. Et adducam ſuper terram illam omnia uerba mea quæ locutus ſum ſuper eam. uniuerſa quæ ſcripta ſunt in libro iſto. quæ prophetauit hieremias ſuper omnes gentes. Nam et ipſæ ſeruient gentes multæ et reges magni. et retribuam unicuique ſecundum opera ſua. et ſecundum facta manuum eorum. Quia hec dicit dominus deus iſrāel ad me. Sume calicem uini furoris de manu mea iſta. et propinabis de eo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. et bibent. et commouebuntur. et furent a facie gladii quem ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu domini. et propinaui cunctis gentibus ad quas miſit me dominus. Hieruſalem. et urbibus iuda. et regibus eius. et principibus eius. ut darem eas in ſolitudinem. et in ſtuporem. et in ſibilum. et in maledictum. ſicut eſt hodie. Pharaoni regi ægypti. et ſeruis eius. et principibus eius. et uniuerſo populo eius. et omni mixto. et cunctis regibus terræ hus. et omnibus regibus terræ philiſthiim. et aſcalon. et gazæ. et accaron. et reliquiis azoti. Idumææ. et moab. et filiis ammon. Et omnibus regibus tyri. et omnibus regibus ſidonis. et regibus insulæ quæ trans mare eſt. Dedan. et thema. et buz. et omnibus qui attondent comam. Et omnibus regibus arabiæ. et cunctis regibus populi mixti habitantium in deſerto. Et omnibus regibus zambri. et omnibus regibus elam. et omnibus regibus medorum. Et omnibus regibus aquilonis procul et prope. unicuique cum fratre ſuo. et omnibus regnis orbis terrarum. quæ ſuper faciem terræ ſunt. Et rex ſeſach bibet poſt eos. Et dices ad eos. Hec dicit dominus exercituum deus iſrāel. Bibite. et inebriamini. et euomite. et cadite. et non ſurgatis a facie gladii quem ego mittam inter uos. Et erit ſi nolentes acceperint calicem de manu tua ut bibant. dices ad eos. Hec dicit dominus exercituum. Bibendo bibetis. Ecce enim in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum ego incipio affligere. et uos quaſi innocentes et non innocentes eritis. Gladium enim ego uocabo ſuper omnes habitatores terræ. dicit dominus exercituum. Tu autem prophetabis ad eos omnia uerba hæc. et dices ad eos. Dominus de excelſo rugiet. et de habitaculo ſanctitatis ſuæ dabit uocem ſuam. rugiens rugiet ſuper habitationem ſuam. Vindemiæ quaſi calcantium uinum respondebunt uniuerſis habitatoribus terræ. Pertranſiit ſonitus uſque ad extremum terræ. quia iudicium domini cum carne diſceptat. et cum omni carne ipſe tradet impios gladio. dicit dominus. Hec dicit dominus exercituum. Ecce malum egredietur de gente in gentem. et turbo magnus conſurget a finibus terræ. Et erunt interfecti domini a die illa uſque ad diem illam. non planguntur. nec colligentur. nec ſepelientur. in ſtercus ſuper faciem terræ erunt. Ululate pastores. et clamate. et aſpergimini cinere. duces gregis. quia impleti ſunt dies ueſtri ad occiſionem. et diſperſiones ueſtræ. et cadetis quaſi uas desiderabile. Et peribit fuga a paſtoribus. et ſalus a ducibus gregis. Vox clamoris paſtorum. et ululatus principum gregis. quia uaſtauit dominus paſturas eorum. Et interfecti ſunt pacifici pascuæ domini. a facie furoris iræ eius. Dereliquit quaſi catulus in ſpelunca ſua. Factus eſt enim terra eorum in deſolationem. a facie furoris columbæ. et a facie furoris iræ eius.

In principio regni Ioakim filii Ioſiæ regis iuda. factum eſt uerbum hoc a domino. dicens. Hec dicit dominus. Sta in atrio domus domini. et loqueris ad uniuerſas urbes iuda. quæ adorare uenerunt in domum domini. omnia uerba quæ præcepi tibi ut loquaris ad eas. ne minuas uerbum. Si forte audiant. et reuertatur unuſquiſque a uia ſua mala. et pœnitentiam agam ego ſuper malitia. quam ego cogito ut faciam eis propter nequitiam adinuentionum earum. Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Si non audieritis me ut ambuletis in lege mea quam dedi in conſpectu ueſtro. ut audiatis uerba ſeruorum meorum prophetarum. quos ego mitto ad uos. de mane conſurgens. et mittens. et non audiſtis. Et dabo domum iſtam ſicut Silo. et urbem hanc dabo maledictionem cunctis gentibus terræ. Et audierunt ſacerdotes et prophetæ. et omnis populus hieremiam loquentem uerba hæc in domo domini. Et factum eſt cum conſummaſſet hieremias loqui omnia quæ præcepit ei dominus ut loqueretur ad omnem populum. et apprehenderunt eum ſacerdotes et prophetæ. et omnis populus. dicentes. Morte morieris. quare prophetaſti in nomine domini dicens. Sicut Silo erit domus hæc. et urbs hæc deſerta eſt abſque habitatore. Et congregatus eſt omnis populus contra hieremiam in domo domini. Et audierunt principes iuda ſermones hos. et aſcenderunt de domo regis in domum domini. et ſederunt in introitu portæ domini noui. Et dixerunt ſacerdotes et prophetæ ad principes et ad uniuerſum populum. dicentes. Iudicium mortis eſt homini huic. quia prophetauit contra ciuitatem hanc. ſicut audiſtis auribus ueſtris. Et locutus eſt hieremias ad uniuerſum populum. dicens. Dominus miſit me prophetare contra domum hanc. et contra ciuitatem hanc omnia uerba quæ audiſtis. Nunc ergo bonas facite uias ueſtras. et ſtudia ueſtra. et audite uocem domini dei ueſtri. et pœnitebit dominum ſuper malitia quam locutus eſt contra uos. Ego autem ecce ego in manibus ueſtris. facite mihi ſicut bonum et rectum eſt in oculis ueſtris. Verumtamen ſcitote quia ſi me interfeceritis. ſanguinem innocentem dabitis ſuper uos. et ſuper ciuitatem hanc. et ſuper habitatores eius. Vere enim misit me dominus ad uos. ut loquerer in auribus ueſtris uniuerſa uerba hæc. Et dixerunt principes et uniuerſus populus ad ſacerdotes et prophetas. Non eſt iudicium mortis homini huic. quia in nomine domini dei noſtri locutus eſt nobis. Et ſurrexerunt quidam de senioribus terræ. et locuti ſunt ad uniuerſum cœtum populi. dicentes. Michæas Morathites prophetauit in diebus Ezechiæ regis iuda. et locutus eſt ad uniuerſum populum iuda. dicens. Hec dicit dominus exercituum. Sion quaſi ager arabitur. et hieruſalem quaſi acerua lapidum erit. et mons templi quaſi excelſa ſilua. Numquid interficientes interfecerunt eum Ezechias rex iuda

ut faceret abominationem hanc. ri preterū deducerēt ydā.
et nūc ppt hec malū hūc dicit dñs deus isrl. Ad aurē hanc
de qua uos dicitis q̄ tra data est i manu regis babilonis. i gla
dio et fame et pestē. Ecce ego ego tradā eos ad furorē et
ad indignationē meā. et ponā illos quasi ficus malas q̄
comedi non possunt eo q sint malę. Et dabo eos in commo
tionē cūctis regnis terre. in opprobriū et in parabolā et
in fabulā et in maledictū in cūctis locis ad quę eos
expulero. Et mittā in eos gladiū famē et pestilentiā. do
nec pereant de terra quā dedi eis. Et locutus sum ad
sedeciā regē iude. iuxta omnia hec. dicens. Adducite
colla uestra iugo regis babilonis. et seruite ei et populo
eius. et uiuite. Quare moriemini tu et populus tuus
gladio. fame et pestilentia. sicut locutus est dñs super
gentem que non seruierit regi babilonis. Et non audierint
uerba prophetarum dicentium. Non seruiet uobis rex
babilonis. Quia falsum prophetant uobis. Non enim
misi eos. ait dñs. et illi prophetant in nomine meo men
dacium. Et ego dispergam uos. et pereatis uos et pro
phete qui prophetant uobis. Sacerdotibus quoque et
uniuerso populo locutus sum dicens. Hec dicit dñs.
Ne audiatis uerba prophetarum uestrorum prophetan
tium uobis dicentium. Ecce nunc uasa domus dñi
cito reportabuntur de babilone. falsum enim prophe
tant uobis. Nolite audire eos. seruite regi babilonis
et uiuite. Quare desertam hanc ciuitatem dabitis in
solitudinem. Si prophete sunt et si est sermo dñi
in eis. Oremus dñm ut uasa que remanserunt in
domo dñi. et in domo regis iude et hierusalem non
uadant in babilonem. Hec enim dicit dñs exercituum
de columnis et de mari et de basibus et de reliquis
uasis que inuenta sunt in ciuitate hac. Quę non tulit
nabuchodonosor rex babilonis. quando transtulit
Iechoniam filium ioachim regem iude de hierusalem
in babilonem. et omnes optimates iude et hierusalem.
Hec enim dicit dñs exercituum deus isrl. de uasis
que remanserunt in domo dñi. et in domo regis iude
et hierusalem. Vadent in babilonem. et ibi erunt usque
in diem qua uisitabo eos. ait dñs. et adducam et restituam
eos in locum istum. Anno quarto regni ioachim filii
iosie regis iude. in principio regni sedechie. Anno
quinto mense quinto. dixit ad me ananias filius
azor pseudoprophetes de gabaon in domo dñi coram
sacerdotibus et omni populo. dicens. Hec dicit dñs
exercituum deus isrl. Contrivi iugum regis babilonis.
Adhuc duo anni sunt et post hec reportabo in locum
istum omnia uasa domus dñi. que tulit nabuchodonosor
rex babilonis de loco isto. et transtulit ea in babilonem.
Et iechoniam filium ioachim regem iude. et omnes
captivos iude qui ingressi sunt babilonem reportabo
in locum istum. ait dñs. Confregi enim iugum regis
babilonis. Et dixit ieremias propheta ad ananiam
prophetam coram sacerdotibus et coram omni populo
qui stabat in domo dñi. Et ait ieremias propheta.
Amen sic faciat dñs. confirmet dñs uerba tua que
prophetasti. ut reportentur uasa domus dñi. et omnis
captivitas de babilone in locum istum. Verumtamen
audi sermonem istum quem ego loquor in auribus tuis
et in auribus uniuersi populi. Prophete qui fuerunt
ante me et ante te a seculis prophetauerunt multis
terris et contra regna magna in bellum et in malum
et in pestilentiam. Propheta qui prophetat pacem
cum uenerit sermo prophete eius. tunc cognoscetur
propheta quem misit dñs uere. Ananias autem
contrivit iugum de ceruice ieremie prophete. et
confregit illud. Et ait ananias coram uniuerso populo
dicens. Hec dicit dñs. Sic conteram iugum nabuchodonosor
regis babilonis. post biennium dierum de ceruice
omnium gentium. Et abiit propheta ieremias in
uiam suam. Factus est autem sermo dñi ad ieremiam
postquam percussit ananias propheta ieremiam
prophetam. Vade et loquere ad ananiam dicens.
Hec dicit dñs. Vectes ligneos contrivisti. et facies pro
eis uectes ferreos. Quia hec dicit dñs exercituum deus
isrl. Iugum ferreum posui super cervicem omnium
gentium istarum. ut seruiant nabuchodonosor regi
babilonis. et seruient ei. Bestias quoque agri dedi
ei. Et ait ieremias propheta ad ananiam prophetam.
Audi anania. non misit te dñs. et tu confidere fecisti
populum istum in mendacio. Propterea hec dicit dñs.
Ecce ego mittam te super faciem terre. hodie morieris.
eo quod locutus sis prevaricationem contra dñm.
Et mortuus est ananias propheta in anno illo. in
mense septimo. Hec sunt uerba epistole quam misit
ieremias propheta de hierusalem ad reliquos qui
remanserant de senioribus transmigrationis. et ad
sacerdotes et prophetas et uniuersum populum quem
transtulerat nabuchodonosor de hierusalem in babilonem.
Postquam egressus est iechonias rex et mater regis
et eunuchi principes iude et hierusalem. fabri quoque
et inclusores de hierusalem. Per manum helcie filii
helchie quem misit sedecias rex iude in babilonem
ad nabuchodonosor regem babilonis. Hec dicens.
Hec dicit dñs exercituum deus isrl. omnibus qui
translati estis de hierusalem in babilonem. Edificate
domos et habitate. et plantate ortos et comedite
fructum eorum. Accipite uxores et generate filios et
filias. et date filiis uestris uxores. et filie eorum
dent uiris suis. et crescant ibi et non minuamini.
Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare uos
feci. et orate pro ea dñm. quia in pace illius erit
pax uobis. Hec enim dicit dñs exercituum deus isrl.
Non seducant uos prophete uestri qui sunt in medio
uestrum. et divini uestri. et nolite audire somnia
que uos somniant. Quia falsum prophetant uobis
in nomine meo. et non misi eos. ait dñs. Hec enim
dicit dñs. Postquam impleti fuerint in babilone anni
septuaginta. Visitabo uos. et suscitabo super uos
sermonem meum bonum. ut reducam uos ad locum
istum. Ego enim scio cogitationes quas ego cogito
super uos. ait dñs. cogitationes pacis et non afflictionis.
ut det uobis finem optatum. Et inuocabitis me. et
ibitis et orabitis me. et ego exaudiam uos. Et quæretis
me et invenietis me. cum quæsieritis me in toto corde
vestro. Et apparebo a uobis. ait dñs. et reducam
captivitatem uestram. et congregabo uos de cunctis
gentibus et de cunctis locis in quibus eieci uos ibi.
ait dñs. et reducam uos in locum de quo transmigrare
uos feci. Quia dixistis. Suscitavit nobis dñs prophetas
in babilone. Hec dicit dñs de populo qui habitat in
habitaculis istis. et de fratribus uestris qui non
egressi sunt uobiscum in transmigrationem. Hec dicit
dñs exercituum. Ecce ego mittam in eos gladium
famem et pestilentiam. et faciam eos quasi ficus
malas que comedi non possunt eo quod sint malę.
Et persequar eos in gladio. fame et pestilentia. et
dabo eos in commotionem cunctis regnis terre. in
maledictum et in stuporem et in sibilum et in
opprobrium cunctis gentibus. quas eiecero illuc.
eo quod non audierint uerba mea. dicit dñs. quæ
misi ad eos per seruos meos prophetas. de manu
mane surgens et mittens. et non audistis. dicit dñs.
Vos ergo audite uerbum dñi omnis captivitas quam
dimisi de hierusalem in babilonem. Hec dicit dñs
exercituum deus isrl. ad achab filium colie. et ad
sedeciam filium maasie. qui prophetant uobis
mendacium in nomine meo. Ecce ego tradam eos in
manu nabuchodonosor regis babilonis. et percutiet
eos coram oculis uestris. Et assumetur ex eis
maledictio omnibus captivis de iuda qui sunt in
babilone. dicentibus. Det te dñs quasi sedeciam et
quasi achab quos assauit rex babilonis igni. Eo quod
fecerint stultitiam in israel. et mechati sint uxores
proximorum suorum. et locuti sint uerbum mendax
in nomine meo. quod non præceperam eis. Ego sum
iudex et testis. dicit dñs. Et semeiæ nehelamite
dices. Hec dicit dñs exercituum deus isrl. eo quod
miseris in tuo nomine epistolas ad omnem populum
qui est in hierusalem. et ad sophoniam filium maasie
sacerdotem. et ad omnes sacerdotes dicens. Dominus
constituit te sacerdotem pro ioiada sacerdote. ut sis
princeps in domo dñi. super omnem hominem furiosum
et prophetantem. ut mittas eum in nervum et in
nervam. Et nunc quare non increpasti ieremiam
anathotitem qui prophetat uobis. Quia ideo misit
ad nos in babilonem dicens. Longum est. ædificate
domos et habitate. et plantate ortos et comedite
fructum eorum. Tulit autem sophonias sacerdos
epistolam hanc. et legit eam in auribus ieremie
prophete. Factus est autem sermo dñi ad ieremiam
dicens. Mitte ad omnem transmigrationem dicens.
Hec dicit dñs de semeia nehelamite. eo quod prophetauerit
uobis semeias. et ego non misi eum. et confidere uos
fecerit in mendacio. Propterea hec dicit dñs. Ecce
ego visitabo super semeiam nehelamitem. et super
semen eius. Non erit habens uirum qui sedeat super
populum istum. et non uidebit bona que ego facturus
sum populo meo. dicit dñs. quia prævaricationem
locutus est contra dñm. Verbum quod factum est
ad ieremiam a dño dicens. Hec dicit dñs deus isrl.
ad te baruch. Dixisti. Væ mihi quia addidit dñs
dolorem dolori mihi. laboravi in gemitu meo. et
requiem non inveni. Hec dices ad eum. Hec dicit dñs.
Ecce quæ ædificavi ego destruo. et quæ plantavi ego
evello. et omnem terram hanc. Et tu quæris tibi
grandia. noli quærere. quia ecce ego adducam malum
super omnem carnem dicit dñs. et dabo animam tuam
tibi in spolium in cunctis locis quocumque perrexeris.

Capitulum xlvi

Verbum dñi quod factum est ad ieremiam prophetam
contra gentes. Contra egyptum. Adversus exercitum
pharaonis necho regis egypti qui erat iuxta flumen
eufraten in carchamis quem percussit nabuchodonosor
rex babilonis in anno quarto ioachim filii iosie regis
iude. Præparate scutum et clypeum. et procedite ad
prælium. Jungite equos et ascendite equites. state in
galeis. polite lanceas. induite loricis. Quid ego uidi
pauentes conversos retrorsum. fortes eorum cæsa. et
fugientes non respicientes. formido undique. dicit dñs.
Non fugiat uelox. nec saltet fortis. ad aquilonem
contra ripam eufratis infirmati sunt et ceciderunt.
Quis est iste qui quasi fluvius ascendit. et quasi
flumina commouentur fluctus eius. Egyptus quasi
fluvius ascendit. et quasi flumina commouentur fluctus
eius. et dixit. Ascendam operiam terram. perdam
civitatem et habitatores eius. Ascendite equi. et
furite quadrigæ. et prodeant fortes. Æthiopia et
phut tenentes scutum. et lydi apprehendentes et
tendentes arcum. Dies enim illa domini dei exercituum
dies ultionis. ut ultionem sumat de hostibus suis.
Et devorabit gladius. et saturabitur. et inebriabitur
de sanguine eorum. Victima enim domino deo exercituum
in terra aquilonis ad flumen eufraten. Ascende in
galaad et tolle resinam uirgo filia egypti. Frustra
multiplicasti medicinas. cicatrix tibi non proficiet.
Audierunt gentes ignominiam tuam. et ululatus tuus
repletus est terram. Quia fortis fortem allisit in
utrumque simul corruerunt. Verbum quod locutus est
dñs ad ieremiam prophetam. ut percuteret terram
egypti. Annuntiate in egypto. et auditum facite in
magdalo. et auditum facite in memphi et in taphnis.
Dicite. Sta et præpara tibi. quia devorabit gladius
in circuitu tuo. Quare fugit robustus tuus. non stetit
quia dominus subvertit eum. Multiplicavit ruinas
suas quasi super ruinam cecidit. Dixerunt surge et
eamus ad populum nostrum. et ad terram nativitatis
nostræ. a facie gladii columbæ. Vocate nomen pharaonis
regis egypti. Tumultum adduxit tempus constitutum
transivit. Vivo ego dicit rex. dominus exercituum
nomen meum. quod sicut thabor in montibus et sicut
carmelus in mari venit. Vasa habitatoris fac tibi
in transmigrationem egypte. Quia nob erit in desertum
succendetur et non habitabitur. Vitulus speciosissimus
egyptus. stimulus ab aquilone venit. Mercenarii
quoque in medio eius quasi vituli saginati. Quia et
ipsi conversi sunt. simul fugerunt. non steterunt.
Quia dies interfectionis venit super eos. tempus
visitationis eorum. Vox eius sicut æris movebitur.
Quia in robore ibunt. et cum securibus quasi cædentes
ligna venient ad eam. Succident saltum eius. ait dñs.
Quia non est investigabile. quia multiplicati sunt
super locustas. et non est eis numerus. Confusa est
filia egypti. data est in manu populi aquilonis.
Dixit dominus exercituum deus isrl. Ecce ego visitabo
super amon de alexandria. et pharaonem. et egyptum.
et deos eius. et reges eius. pharaonem. et eos qui
confidunt in eo. Et dabo eos in manu quærentium
animas eorum. et in manu nabuchodonosor regis
babilonis. et in manu seruorum eius. et post hec
habitabitur sicut in diebus antiquis. ait dñs. Tu
autem noli timere serue meus iacob. et ne paueas
israel. quia ecce ego saluum faciam te de longe. et
semen tuum de terra captiuitatis eorum. Et reuertetur
iacob et requiescet. et abundabit. et non erit qui
exterreat eum. Tu noli timere iacob serue meus.
ait dñs. quia tecum ego sum. quia consummationem
faciam in cunctis gentibus ad quas ejeci te. Tecum
autem non faciam consummationem. sed castigans
castigabo te in iudicio. verumtamen innocentem non
te putabo. ait dñs. Verbum dñi quod factum est ad
ieremiam prophetam contra philistiim. antequam
percuteret gazam. Hec dicit dñs. Ecce aquæ ascendunt
ab aquilone. et erunt quasi torrens inundans. et
operient terram et plenitudinem eius. urbem et
habitatores eius. Et clamabunt homines. et ululabit
omnis habitator terræ. A sonitu fortitudinis
quadrigarum eius. a fragore rotarum illius. a
commotione ungularum eius. Non respexerunt patres
ad filios. infirmatæ sunt manus eorum. Propter diem
qui venit vastare universos philistiim. et disperdere
de tyro et sidone omnem reliquum auxiliatorem.
Quia vastavit dominus philistiim reliquias insulæ
cappadocie. Venit calvitium super gazam. conticuit
ascalon. reliquiæ campi eorum. Usquequo concideris.
Ah gladius domini. usquequo non quiescis. Recipe
te in vaginam. refrigescere et sile. Quomodo quiescere
potest. quando dominus præcepit ei ad ascalonem
et ad maritimum illius. ibi constituit eum.

Capitulum xlvii

Ante quam pharao percuteret gazam. Hec dicit dñs.
Ecce aquæ ascendunt de aquilone. et erunt in torrentem
inundantem. et operient terram et plenitudinem eius.
urbem et habitatores eius. Et clamabunt homines.
et ululabit omnis habitator terræ. A sonitu fortitudinis
quadrigarum eius. a fragore rotarum illius. a
commotione ungularum eius. Non respexerunt patres
ad filios. infirmatæ sunt manus eorum. Propter diem
qui venit vastare universos philistiim. et disperdere
de tyro et sidone omnem reliquum auxiliatorem.
Quia vastavit dominus philistiim reliquias insulæ
cappadocie. Venit calvitium super gazam. conticuit
ascalon. reliquiæ campi eorum. Usquequo concideris.
Ah gladius domini. usquequo non quiescis. Recipe
te in vaginam. refrigescere et sile. Quomodo quiescere
potest. quando dominus præcepit ei ad ascalonem
et ad maritimum illius. ibi constituit eum.

Capitulum xlviii

Moab hec dicit dñs exercituum deus isrl. Væ super
nabo quia vastata est. confusa est. capta est cariathaim.
confusa est et contrita est arx. Non est ultra gloria
moab. in hesebon cogitaverunt mala. Venite et
disperdamus eam de gente. Et tu madmena conticesces.
post te ibit gladius. Vox clamoris de horonaim.
vastitas et contritio magna. Contrita est moab.
audita sunt clamores parvulorum eius. Per ascensum
luith in fletu ascendet. quia in descensu horonaim
hostes clamorem contritionis audierunt. Fugite.
salvate animas vestras. et estote quasi myricæ in
deserto. Quia eo quod confisa fuisti in operibus tuis
et in thesauris tuis. tu quoque capieris. et egredietur
chamos in transmigrationem sacerdotes eius simul
et principes eius. Et veniet vastator super omnem
civitatem. et nulla civitas salvabitur. Et perdetur
vallis. et disperdetur campestris. quia dixit dominus.
Date salem moab. quia florens egredietur. et civitates
eius in solitudinem erunt. non habitabit in eis
quisquam. Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter.
et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.
Quietus fuit moab a iuventute sua. et requievit in
fecibus suis. et non est inclinatus de vase in vas.
et in transmigrationem non abiit. Propterea stetit
gustus eius in eo. et fragrantia eius non est immutata.
Propterea ecce dies venient dicit dñs. et mittam ei
commutantes. et commutabunt eum. et vasa eius
evacuabunt. et utres eorum confringent. Et erubescet
moab a chamos sicut erubescit domus israel a bethel
fiducia sua. Quomodo dicitis. Fortes et robusti ad
pugnandum sumus viri. Vastatus est moab. et civitates
eius ascendit. et electi iuvenes eius descenderunt ad
occisionem. ait rex. dominus exercituum nomen eius.
Prope est ut veniat perditio moab. et afflictio eius
festinat nimis. Condolete ei omnes qui in circuitu
eius estis. et universi qui nostis nomen eius. dicite.
Quomodo contritus est baculus fortitudinis. virga
decora. Descende de gloria. et sede in sitim habitatrix
filia dibon. Quia vastator moab ascendit contra te.
dissipavit munitiones tuas. Super semitam sta et
contemplare habitatrix aroer. Interroga fugientem
et eam que evasit. dic. Quid factum est. Confusus est
moab. quia contritus est. Ululate et clamate. Annuntiate
in arnon. quia vastatus est moab. Et venit judicium
super terram campestrem. super holon. et super
jasa. et super mephaath. Et super dibon. et super
nabo. et super domum deblathaim. Et super cariathaim.
et super domum gamul. et super domum mehon. Et
super carioth. et super bosra. et super omnes civitates
terre moab longe et prope. Et confringetur cornu moab.
ait dñs. et brachium eius conteretur. Inebriate eum
quia contra dñm magnificatus est. Et allidetur moab
in vomitu suo. et erit in derisum. Nonne israel
derisui fuit tibi. quasi inter latrones inventus est.
quia ex quo locutus es sermonem contra eum. Memor
fuisti. Relinquite civitates. et habitate in petra
habitatores moab. et estote quasi columba nidificans
in ore hiatus. Audivimus superbiam moab superbus
est nimis. altitudinem eius. et superbiam eius. et
altitudinem cordis illius. Ego scio ait dñs. iracundiam
eius. et non est veritas in ea. Propterea ululabit moab
pro moab. omnis ululabit. Pro viris muri cyrenes
lugebuntur. Plorans plorabo te vinea sebama. Sarmenta
tua transierunt mare. usque ad mare jazer pervenerunt.
Super vindemia tua. et super messem tuam. vastator
irruit. Et auferetur lætitia et gloria de terra moab.
Et vinum de torcularibus deficere fecisti. Non calcabit
calcator. jubilum non jubilabit. Clamor de hesebon
usque eleale. usque jasa dederunt vocem suam. a
segor usque horonaim. vitula tertium. Etenim aquæ
nemrim desolatæ erunt. Et auferam de moab. ait dñs.
offerentem in excelsis. et sacrificantem diis suis.
Propterea super moab quasi tibia sonabit cor meum.
et super viros muri cyrenes quasi tibia sonabit cor
meum. Et super abundantiam quam fecit perdidit.
Omne caput calvum. et omnis barba rasa. In cunctis
manibus incisiones. et super dorsa saccus. Super
omnes tectos moab. et in plateis eius omnis planctus.
Quia contrivi moab quasi vas in quo non est voluntas
mea. dicit dñs. Quomodo attenuatum est. ululate.
Vertit humerum moab confusus. et erit moab in
derisum. et in terrorem omnibus habitatoribus suis.
Hec dicit dñs. Ecce quasi aquila volabit. et expandet
alas suas super moab. Capte sunt carioth. et munitiones
occupate sunt. et erit cor fortium moab in die illa
quasi cor mulieris parturientis. Et conteretur moab
ne sit populus. quoniam contra dñm magnificatus est.
Pavor et fovea et laqueus super te moab habitator
terræ. ait dñs. Qui fugerit a facie pavoris cadet in
foveam. et qui ascenderit de fovea tenebitur laqueo.
Adducam enim super eam annum visitationis eius.
ait dñs. In umbra fugientes stabunt. quia egressus
est ignis de hesebon. et flamma de medio terminorum
sehon. et devorabit angulum moab. et verticem filiorum
tumultus. Væ tibi moab. peristi populus chamos.
Quia capti sunt filii tui in captivitatem. et filiæ tuæ
in captivitatem. Et reducam captivitatem moab in
novissimis diebus. ait dñs. Hactenus judicium moab.
Contra filios ammon. hec dicit dñs. Numquid filius
non est israel. aut heres non est ei. Quare hereditavit
melchom terram gad. et populus eius in urbibus
ejus habitavit. Propterea ecce dies venient dicit dñs.
et audiam super rabbath filiorum ammon clangorem
belli. et erit in tumulum desolationis. et filiæ ejus
in solitudine succendentur. et possidebit israel
possessores suos. ait dñs. Ulula hesebon quia vastata
est hai. clamate filiæ rabbath. accingite vos cilicio.
plangite et circuite per sepes. quia melchom in
transmigrationem ducetur. sacerdotes ejus et principes
ejus simul. Quid gloriaris in vallibus. defluxit vallis
tua filia vaga. quæ confidebas in thesauris tuis.
dicens. Quis veniet ad me. Ecce ego inducam super
te pavorem dicit dñs deus exercituum. ab omnibus
qui habitant in circuitu tuo. et dispergemini singuli
in faciem suam. et non erit qui congreget fugientem.
Et post hec reducam captivitatem filiorum ammon.
ait dñs. Ad idumæam. hec dicit dñs exercituum.
Numquid non est ultra sapientia in theman. periit
consilium a filiis eorum. evanuit sapientia eorum.
Fugite. recedite. et nimis profundas habitare fecistis
habitatores dedan. Quia perditionem esau adduxi
super eum. tempus visitationis ejus. Si vindemiatores
venerint tibi. non relinquent racemum. Si fures
nocte. corrumpent quod sufficiat eis. Ego autem
nudavi esau. revelavi absconsa ejus. et abscondi se
non poterit. Vastatum est semen ejus. et fratres ejus
et vicini ejus. et non est. Derelinque pupillos tuos.
ego vivificabo. et vidue tue in me sperent. Quia hec
dicit dñs. Ecce qui non habebant judicium ut bibant
calicem. bibentes bibent. et tu quasi innocens
derelinqueris. non eris innocens. Quia bibendo bibes.
Quia in me juravi dicit dñs. quia in desertum et in
opprobrium et in solitudinem et in maledictum erit
bosra. et omnes civitates ejus erunt desertæ usque
in sempiternum. Auditum audivimus a dño. et legatus
ad gentes missus est. Congregamini et venite adversus
eam. et consurgamus in prælium. Ecce parvulum
dedi te in gentibus. contemptibilem inter homines.
Superbia cordis tui extulit te habitatorem petræ
tenentem altitudinem collis. Si exaltatus fueris
quasi aquila. et si inter sidera posueris nidum tuum.
inde detrahet te. ait dñs. Et erit idumæa in stuporem.
omnis qui transibit per eam stupebit. et sibilabit
super universam plagam ejus. Quasi in subversione
sodomorum et gomorræ et finitimarum earum. ait
dñs. non habitabit ibi vir. nec inquilinus habitabit
in ea. Ecce quasi leo ascendet de superbia jordanis
ad habitaculum fortis. Subito enim fugabo eos ab
ea. et electum quem preficiam super eam. Quis enim
similis mihi. et quis mihi resistet. et quis est iste
pastor qui resistat vultui meo. Propterea consilium
dñi quod cogitavit super idumæam. et cogitationes
ejus quas cogitavit super habitatores theman. Si non
trahent eos qui minimi sunt de grege. si non habitaculum
eorum obstupescet super eis. A sonitu ruinæ eorum
commota est terra. clamor ejus in mari rubro audietur.
Ecce quasi aquila ascendet. et volabit. et expandet
alas suas super bosra. Et erit cor fortium idumæe
in die illa sicut cor mulieris parturientis. Super
damascum. confusa est emath et arphad. Quia auditum
malum audierunt. liquefacti sunt. In mari sollicitudo
quiescere non potest. Dissolutus est damascus. conversa
est ut fugiat. tremor apprehendit eam. Angustiæ et
dolores tenuerunt eam quasi parturientem. Quomodo
non derelicta est civitas laudabilis. civitas gaudii
mei. Propterea cadent juvenes ejus in plateis ejus.
et omnes viri bellatores conticescent in die illa. ait
dñs exercituum. Et succendam ignem in muro damasci.
et devorabit domos benadad. Super cedar et regna
asor quæ percussit nabuchodonosor rex babilonis.
Hec dicit dñs. Surgite. ascendite contra cedar. et
vastate filios oriens. Tabernacula eorum et greges
eorum tollent. pelles eorum et omnia vasa eorum
et camelos eorum sibi assumpserunt. et vocaverunt
super eos terrorem undique. Fugite. recedite nimis
profundas habitare fecistis habitatores asor. ait dñs.
Quia inivit contra eos consilium nabuchodonosor rex
babilonis. et cogitavit contra eos cogitationem. Hec
dicit dñs. Ecce ego visitabo super populum multum
habitantem in asor. ait dñs. Gentem habitantem
absque cura. qui habitat solus. absque portis et
vectibus. habitant separati. Et erunt camelorum
in direptionem. et multitudo pecorum in prædam.
Et dispergam in omnem ventum tondentes comam.
et ab omni latere ejus adducam interitum eorum.
ait dñs. Et erit asor habitatio draconum. solitudo
usque in sempiternum. non habitabit ibi vir. nec
inquilinus habitabit in ea. Verbum dñi quod factum
est ad ieremiam prophetam contra elam. in principio
regni sedechie regis iude. dicens. Hec dicit dñs
exercituum. Ecce ego conteram arcum elam. principium
fortitudinis eorum. Et inducam super elam quattuor
ventos ab quattuor plagis cæli. et dispergam eos in
omnes ventos istos. et non erit gens quo non veniant
profugi de elam. Et pavere faciam elam coram inimicis
suis. et coram quærentibus animas eorum. Et inducam
super eos malum. furorem meum. ait dñs. et mittam
post eos gladium donec consumam eos. Et ponam
thronum meum in elam. et perdam de illa regem et
principes. ait dñs. Verumtamen in novissimis diebus
reducam captivitatem elam. ait dñs.

Capitulum l

Verbum quod locutus est dñs per ieremiam prophetam
super babilonem. et super terram chaldeorum. Annuntiate
in gentibus et auditum facite. levate signum. et
auditum facite. et ne celaveritis. dicite. Capta est
babilon. confusus est bel. contritus est merodach.
confusa sunt sculptilia ejus. contriti sunt idoli ejus.
Quia ascendit contra eam gens ab aquilone. ipsa
ponet terram ejus in solitudinem. et non erit qui
habitet in ea. ab homine usque ad pecus. recesserunt
et abierunt. In diebus illis et in tempore illo. ait
dñs. venient filii israel. ipsi et filii juda simul.
Pergentes ibunt et flentes. et dominum deum suum
quærent. Sion interrogabunt viam. huc facies eorum
erunt. Venite et adjungamur domino fœdere sempiterno
quod non delebitur. Populus perditus. pecora mea
erant. pastores eorum eos abstraxerunt. in montibus
errare fecerunt. de monte in collem abierunt. obliti
sunt requiei suæ. Omnes qui invenerunt eos devorabant
eos. et hostes eorum dicebant. Non delinquimus pro
eo quod peccaverunt domino habitationis justitiæ.
et exspectationi patrum suorum dominus. Fugite de
medio babilonis. et egredimini de terra chaldeorum.
et estote sicut hirci ante faciem pecorum. Quia ecce
ego suscitabo et adducam super babilonem congregationem
gentium magnarum de terra aquilonis. et disponent
contra eam. inde capietur. Sagittæ eorum quasi
potentis eruditi non revertentur inanes. Et erit
chaldea in direptionem. omnes qui diripient eam
implebuntur. ait dñs. Quia lætamini. quia exultatis
prædones hereditatis meæ. quia saltatis sicut vitula
super herbam. et hinnitis sicut equi. Confusa est
mater vestra nimis. erubescit quæ genuit vos. Ecce
novissima gentium desertum. terra sitibunda et
invia. Ab ira domini non habitabitur. et redigetur
in solitudinem tota. Omnis qui transit per babilonem
stupebit. et sibilabit super universam plagam ejus.
Sicut in subversione dei babilonis et proximorum
ejus. ait dñs. non habitabit ibi vir. nec inquilinus
habitabit in ea. Ecce populus veniet ab aquilone.
et gens magna. et reges multi consurgent a finibus
terræ. Sagittam et clypeum arripient. crudelis est
et non miserebitur. Vox eorum quasi mare sonabit.
et super equos ascendent. quasi vir ad pugnam
accincti contra te filia babilon. Audivit rex babilonis
famam eorum. et dissolutæ sunt manus ejus. Tribulatio
tenuit eum. dolor quasi parturientem. Ecce quasi leo
ascendet de superbia jordanis ad habitaculum fortis.
Subito enim fugabo eos ab ea. et electum quem
preficiam super eam. Quis enim similis mihi. et quis
mihi resistet. et quis est iste pastor qui resistat
vultui meo. Propterea consilium dñi quod cogitavit
super babilonem. et cogitationes ejus quas cogitavit
super terram chaldeorum. Si non trahent eos qui
minimi sunt de grege. si non habitaculum eorum
obstupescet super eis. A sonitu captionis babilonis
commota est terra. et clamor in gentibus auditus est.
Contritus et confractus est malleus universæ terræ.
Quomodo versa est in stuporem babilon. in gentibus
desolata est. Laqueum posui tibi. et etiam comprehensa
es babilon. et nescisti. inventa es et apprehensa.
quia contra dñm pugnasti. Aperuit dominus thesaurum
suum. et eduxit vasa indignationis suæ. Quia opus est
domino deo exercituum in terra chaldeorum. Venite
contra eam ab extremis finibus. aperite horrea ejus.
Congregate eam quasi aceruum. et interficite eam.
ut non sit ei reliquum. Perdite omnes juvenes ejus.
ad occisionem descendant. Væ super eos. quia venit
dies eorum. tempus visitationis eorum. Vox fugientium
et evadentium de terra chaldeorum. ut annuntient
in sion ultionem dei nostri. ultionem templi ejus.
Annuntiate contra babilonem multis. omnes mittentes
sagittas. obsidete eam ex omni parte. ne sit ei
effugium. Reddite illi juxta opus suum. secundum
omnia quæcumque fecit. facite ei. Quia contra dñm
contumeliosus fuit. contra sanctum israel. Propterea
cadent juvenes ejus in plateis ejus. et omnes viri
bellatores ejus conticescent in die illa. ait dñs.
Ecce ego ad te superbe. dicit dñs deus exercituum.
quia venit dies tua. tempus in quo visitabo te.
Et corruet superbus et cadet. et non erit qui suscitet
eum. Et succendam ignem in civitatibus ejus. et
devorabit omnes in circuitu ejus. Hec dicit dñs
exercituum. Calumniam patiuntur filii israel. et filii
juda simul. Omnes qui tenuerunt eos captivos tenent
eos. noluerunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis.
dominus exercituum nomen ejus. Judicium judicabit
adversus babilonem. ut requiescere faciat terram.
et conturbet habitatores babilonis. Gladius ad
chaldeos. ait dñs. et ad habitatores babilonis. et ad
principes ejus. et ad sapientes ejus. Gladius ad
divinos ejus. et stulti fient. Gladius ad fortes ejus.
et pavebunt. Gladius ad equos ejus. et ad quadrigas
ejus. et ad omnem promiscuam multitudinem quæ in
medio ejus est. et erunt quasi mulieres. Gladius ad
thesauros ejus. et diripientur. Siccitas ad aquas ejus.
et arescent. Quia terra sculptilium est. et in idolis
gloriantur. Propterea habitabunt onocentauri cum
pilosis. et habitabunt in ea struthiones. et non
Exurgens autem maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda. et intrauit in domum zacharie. et salutauit elisabeth. Et factum est ut audiuit salutationem mariae elisabeth. exultauit infans in utero eius. et repleta est spiritu sancto elisabeth. et exclamauit uoce magna. et dixit. benedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est uox salutationis tuae in auribus meis. exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quae credidisti. quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. magnificat anima mea dominum. et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. quia respexit humilitatem ancillae suae. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. quia fecit mihi magna qui potens est. et sanctum nomen eius. et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede. et exaltauit humiles. Esurientes implet bonis. et diuites dimisit inanes. Suscepit israhel puerum suum. recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est ad patres nostros. abraham et semini eius in saecula. Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus. et reuersa est in domum suam.

Factum est autem cum impleti sunt dies pariendi. et peperit filium suum primogenitum. et pannis eum inuolutum reclinauit in praesepio. quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem uigilantes et custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. et claritas dei circumfulsit illos. et timuerunt timore magno. Et dixit angelus ad illos. nolite timere. ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est uobis hodie saluator qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. inuenietis infantem pannis inuolutum et positum in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium deum et dicentium. gloria in altissimis deo. et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in caelum. pastores loquebantur ad inuicem. transeamus usque bethleem. et uideamus hoc uerbum quod factum est. quod dominus ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. et inuenerunt mariam et ioseph. et infantem positum in praesepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt. et de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba haec conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus quae audierant et uiderant sicut dictum est ad illos.

Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer. uocatum est nomen eius iesus. quod uocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis mariae secundum legem moysi. tulerunt illum in hierusalem ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini. quia omne masculinum adaperiens uulua sanctum domino uocabitur. et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini. Par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon. et homo iste iustus et timoratus exspectans consolationem israhel. et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non uidere mortem nisi prius uideret christum dei. Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum iesum parentes eius. ut faciebant secundum consuetudinem legis pro eo. Et ipse accepit eum in ulnas suas. et benedixit deum et dixit. nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum. lumen ad reuelationem gentium. et gloriam plebis tuae israhel. Et erat pater eius et mater mirantes super his quae dicebantur de illo. Et benedixit illis simeon. et dixit ad mariam matrem eius. ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in israhel. et in signum cui contradicetur. et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetis filia phanuel de tribu aser. haec processerat in diebus multis. et uixerat cum uiro suo annis septem a uirginitate sua. et haec uidua usque ad annos octoginta quattuor. quae non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et haec ipsa hora superueniens confitebatur domino. et loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemptionem israhel.

Et postquam perfecerunt omnia secundum legem domini. reuersi sunt in galilaeam in ciuitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia. et gratia dei erat in illo. Et descendebat cum eis et ueniebat nazareth. et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba haec in corde suo. Et iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud deum et homines.

Anno autem quintodecimo imperii tiberii caesaris. procurante pontio pilato iudaeam. tetrarcha autem galilaeae herode. philippo autem fratre eius tetrarcha ituraeae et trachonitidis regionis. et lysania abilinae tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna et caipha. factum est uerbum domini super iohannem zachariae filium in deserto. Et uenit in omnem regionem iordanis praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro sermonum esaiae prophetae. Vox clamantis in deserto. parate uiam domini. rectas facite semitas eius. Omnis conuallis implebitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt prauа in directa. et aspera in uias planas. et uidebit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo turbis quae exibant ut baptizarentur ab eo. genimina uiperarum. quis ostendit uobis fugere a uentura ira. Facite ergo fructum dignum paenitentiae. et ne coepistis dicere intra uos patrem habemus abraham. Dico enim uobis quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbae dicentes. quid ergo faciemus. Respondens autem dicebat illis. qui habet duas tunicas. det non habenti. et qui habet escas similiter faciat. Venerunt autem et publicani ut baptizarentur. et dixerunt ad illum. magister quid faciemus. Qui dixit ad illos. nihil amplius quam quod constitutum est uobis faciatis. Interrogabant autem eum et milites dicentes. quid faciemus et nos. Et ait illis. neminem concutiatis neque calumniam faciatis. et contenti estote stipendiis uestris. Existimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne ne forte ipse esset christus. Respondit iohannes dicens omnibus. ego quidem aqua baptizo uos. Uenturus autem fortior me est cuius non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere. ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni. Cuius uentilabrum in manu eius. et purgabit aream suam. et congregabit triticum in horreum suum. paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem et alia exhortans euangelizabat populum. Herodes autem tetrarcha cum reprehenderetur ab eo de herodiade uxore philippi fratris sui. et de uniuersis malis quae fecit herodes. adiecit et hoc super omnia. et conclusit iohannem in carcere.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus. et iesus baptizatus et orans apertum est caelum. et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. et uox facta est de caelo. tu es filius meus dilectus. in te complacui mihi. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorum triginta. ut putabatur filius ioseph. qui fuit heli. qui fuit matthat. qui fuit leui. qui fuit melchi. qui fuit ianne. qui fuit ioseph. qui fuit mathathiae. qui fuit amos. qui fuit naum. qui fuit hesli. qui fuit nagge. qui fuit mathathiae. qui fuit mathathiae. qui fuit semei. qui fuit ioseph. qui fuit iuda. qui fuit ioanna. qui fuit resa. qui fuit zorobabel. qui fuit salathiel. qui fuit neri. qui fuit melchi. qui fuit addi. qui fuit cosan. qui fuit helmadan. qui fuit er. qui fuit iesu. qui fuit eliezer. qui fuit iorim. qui fuit matthat. qui fuit leui. qui fuit symeon. qui fuit iuda. qui fuit ioseph. qui fuit iona. qui fuit eliacim. qui fuit melea. qui fuit menna. qui fuit mathatha. qui fuit nathan. qui fuit dauid. qui fuit iesse. qui fuit obed. qui fuit booz. qui fuit sala. qui fuit naasson. qui fuit aminadab. qui fuit aram. qui fuit esrom. qui fuit phares. qui fuit iuda. qui fuit iacob. qui fuit isaac. qui fuit abraham. qui fuit thare. qui fuit nachor. qui fuit sarug. qui fuit ragau. qui fuit phaleg. qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit cainan. qui fuit arphaxad. qui fuit sem. qui fuit noe. qui fuit lamech. qui fuit mathusale. qui fuit henoch. qui fuit iared. qui fuit malaleel. qui fuit cainan. qui fuit enos. qui fuit seth. qui fuit adam. qui fuit dei.

Et iesus plenus spiritu sancto regressus est a iordane. et agebatur a spiritu in deserto. diebus quadraginta. et tentabatur a diabolo. Et non manducauit quicquam in diebus illis. quibus consummatis esuriit. Dixit autem illi diabolus. si filius dei es dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit illi iesus. scriptum est. quia non in pane solo uiuit homo. sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum. et ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis. Et ait illi diabolus. tibi dabo potestatem hanc uniuersam. et gloriam illorum. quia mihi tradita sunt. et cui uolo do illam. Tu ergo si adoraueris coram me erunt tua omnia. Et respondens iesus dixit ei. scriptum est. dominum deum tuum adorabis. et illi soli seruies. Et duxit eum in hierusalem. et statuit eum super pinnaculum templi. Si filius es dei mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim. quia angelis suis mandauit de te. ut conseruent te. et quia in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens iesus dixit ei. quia dictum est. non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus.

Et regressus est iesus in uirtute spiritus in galilaeam. et fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum. et magnificabatur ab omnibus. Et cum uenisset nazareth ubi erat nutritus. et intrasset secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam. surrexit legere. Et traditus est illi liber esaiae prophetae. Et ut reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erat. spiritus domini super me. propter quod unxit me. euangelizare pauperibus misit me. sanare contritos corde. praedicare captiuis remissionem. et caecis uisum. dimittere confractos in remissionem. praedicare annum domini acceptum. et diem retributionis. consolari omnes lugentes. Et cum plicuisset librum reddidit ministro. et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intuentium in eum. Coepit autem dicere ad illos. quia hodie impleta est haec scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dabant. et mirabantur in uerbis gratiae quae procedebant de ore eius. et dicebant. nonne hic est filius ioseph. Et ait illis. utique dicetis mihi hanc similitudinem medice cura te ipsum. quanta audiuimus facta in capharnaum fac et hic in patria tua. Ait autem. amen dico uobis. quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In ueritate autem dico uobis. multae uiduae erant in diebus heliae in israhel. quando clausum est caelum annis tribus et mensibus sex. cum facta esset fames magna in uniuersa terra. et ad nullam illarum missus est helias nisi in sarepta sidonis ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in israhel sub eliseo propheta. et nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes ira in synagoga haec audientes. et surrexerunt eiecerunt eum extra ciuitatem. et duxerunt illum usque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum aedificata erat. ut praecipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Et descendit in capharnaum ciuitatem galilaeae. et docebat eos sabbatis. Et stupebant super doctrina eius. quia in potestate erat sermo eius. Et in synagoga erat homo habens spiritum daemonii immundi. et exclamauit uoce magna dicens. sine quid nobis et tibi iesu nazarene. Venisti perdere nos. scio te qui sis sanctus dei. Et increpauit illum iesus dicens. obmutesce et exi ab eo. Et cum proiecisset eum daemonium in medium. exiit ab illo nihil nocens illi. Et factus est pauor in omnibus. et colloquebantur ad inuicem dicentes. quod est hoc uerbum quia in potestate et uirtute imperat immundis spiritibus. et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Et surgens de synagoga introiit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. et rogauerunt eum pro illa. Et stans super illam imperauit febri. et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Occidente autem sole omnes qui habebant infirmos uariis languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem daemonia a multis clamantia et dicentia. quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse christum. Et facta die egressus ibat in desertum locum. et turbae requirebant eum. et uenerunt usque ad ipsum. et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei. propterea quod ad hoc missus sum. Et praedicabat in synagogis galilaeae.

Factum est autem cum turbae irruerent in eum ut audirent uerbum dei. et ipse stabat secus stagnum genesareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum. piscatores autem descenderant et lauabant retia. Ascendens autem in unam nauem quae erat simonis. rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut autem cessauit loqui. dixit ad simonem. duc in altum. et laxate retia uestra in capturam. Et respondens simon dixit illi. praeceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent. concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in altera nauicula ut uenirent et adiuuarent eos. Et uenerunt et impleuerunt ambas naues ita ut pene mergerentur. Quod cum uidisset simon petrus procidit ad genua iesu dicens. exi a me quia homo peccator sum domine. Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedaei qui erant socii simonis. Et ait ad simonem iesus. noli timere. ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus. relictis omnibus secuti sunt eum.

Et factum est cum esset in una ciuitatum. et ecce uir plenus lepra. et uidens iesum procidit in faciem. et rogauit illum dicens. domine si uis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum dicens. uolo mundare. Et continuo lepra discessit ab illo. Et ipse praecepit illi ut nemini dicat. sed ait. uade et ostende te sacerdoti. et offer pro emundatione tua sicut praecepit moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo. et conueniebant turbae multae ut audirent et curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum et orabat. Et factum est in una dierum. et ipse sedebat docens. et erant pharisaei sedentes et legis doctores qui uenerant ex omni castello galilaeae et iudaeae et hierusalem. et uirtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lectulo hominem qui erat paralyticus. et quaerebant eum inferre et ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent prae turba. ascenderunt super tectum. et per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium ante iesum. Quorum fidem ut uidit dixit homini. remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare scribae et pharisaei dicentes. quis est hic qui loquitur blasphemias. quis potest dimittere peccata nisi solus deus. Ihesus autem cognoscens cogitationes eorum respondens dixit ad illos. quid cogitatis in cordibus uestris. quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua. an dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. ait paralytico. tibi dico surge tolle lectum tuum et uade in domum tuam. Et continuo consurgens coram illis tulit lectum in quo iacebat. et abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes. et magnificabant deum. et repleti sunt timore dicentes. quia uidimus mirabilia hodie. Et post haec exiit et uidit publicanum nomine leui sedentem ad telonium. et ait illi. sequere me. Et relicto omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei leui grande conuiuium in domo sua. Et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentium. Et murmurabant scribae et pharisaei dicentes ad discipulos eius. quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis. Et respondens iesus ait ad illos. non egent qui sani sunt medico. sed qui male habent. Non enim uenit uocare iustos sed peccatores ad paenitentiam. Illi autem dixerunt ad eum. quare discipuli iohannis ieiunant frequenter et obsecrationes faciunt. similiter et pharisaei. tui autem edunt et bibunt. Ihesus autem ait ad illos. numquid filii sponsi possunt ieiunare quamdiu cum illis est sponsus. Uenient autem dies. cum auferetur ab eis sponsus. tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem et similitudinem ad illos. quia nemo commissuram a uestimento nouo immittit in uestimentum uetus. alioquin et nouum rumpit. et ueteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres. alioquin rumpet uinum nouum utres. et ipse effundetur. et utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittendum est. et utraque conseruantur. Et nemo bibens uetus statim uult nouum. dicit enim. uetus melius est.

Factum est autem in sabbato secundo primo. ut transiret ihesus per sata. et uellebant discipuli eius spicas. et manducabant confricantes manibus. Quidam autem pharisaeorum dixerunt eis. quid facitis quod non licet sabbatis facere. Et respondens ihesus ad eos dixit. nec hoc legistis quod fecit dauid cum esuriret ipse et qui cum illo erant. quomodo intrauit in domum dei. et panes propositionis sumpsit et manducauit. et dedit his qui cum illo erant. quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus. Et dicebat illis. quia dominus est filius hominis etiam sabbati.

Factum est autem in alio sabbato. ut intraret in synagogam et docebat. Et erat ibi homo cui manus dextera arida erat. Et obseruabant scribae et pharisaei si sabbatis curaret. ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse autem sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat aridam manum. surge et sta in medium. Et ille surgens stetit. Dixit autem ihesus ad illos. interrogo uos si licet sabbatis benefacere an malefacere. animam saluam facere an perdere. Et circumspectis omnibus dixit illi. extende manum tuam. Et extendit. et restituta est manus illi. Ipsi autem repleti sunt insipientia. et loquebantur ad inuicem quidnam facerent ihesu.

Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare. et erat pernoctans in oratione dei. Et cum factus esset dies uocauit discipulos suos. et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit petrum. et andream fratrem eius. iacobum et iohannem. philippum et bartholomaeum. matthaeum et thomam. iacobum alphaei et simonem qui uocatur zelotes. iudam iacobi et iudam scariothis qui fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri. et turba discipulorum eius. et multitudo magna populi ab omni iudaea et hierusalem et maritima et tyri et sidonis. qui uenerant ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui uexabantur a spiritibus immundis. et curabantur. Et omnis turba quaerebat tangere eum. quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes. Et leuans oculos in discipulos suos dicebat. beati pauperes quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis quia saturabimini. Beati qui nunc fletis quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum separauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tamquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate. ecce enim merces uestra multa in caelo. Eodem enim modo faciebant prophetis patres eorum. Uerumtamen uae uobis diuitibus. quia habetis consolationem uestram. Uae uobis qui saturati estis nunc. quia esurietis. Uae uobis qui ridetis nunc. quia lugebitis et flebitis. Uae cum benedixerint uobis homines. secundum haec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed uobis dico qui auditis. diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt uos. benedicite maledicentibus uobis. et orate pro calumniantibus uos. Et qui te percutit in maxillam praebe illi et alteram. et ab eo qui tollit tibi uestimentum et tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue. et qui tollit quae tua sunt ne repetas. Et prout uultis ut faciant uobis homines. et uos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt. quae uobis gratia est. nam et peccatores eos qui se diligunt diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt. quae uobis gratia est. nam et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere. quae uobis gratia est. nam et peccatores peccatoribus mutuum dant ut recipiant aequalia. Uerumtamen diligite inimicos uestros. benefacite et mutuum date nihil inde sperantes. et erit merces uestra multa. et eritis filii altissimi. quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote misericordes sicut et pater uester misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimini. nolite condemnare et non condemnabimini. dimittite et dimittemini. Date et dabitur uobis. mensuram bonam confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum uestrum. eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur uobis. Dicebat autem illis similitudinem. numquid potest caecus caecum ducere. nonne ambo in foueam cadunt. Non est discipulus super magistrum. perfectus autem omnis erit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui. trabem autem quae in oculo tuo est non consideras. aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non uidens. hypocrita eice primum trabem de oculo tuo. et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quae facit fructum malum. neque arbor mala quae faciat fructum bonum. Unaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Non enim de spinis colligunt ficus. neque de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. et malus homo de malo thesauro profert malum. ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me domine domine. et non facitis quae dico. Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos. ostendam uobis cui similis sit. similis est homini aedificanti domum. qui fodit in altum et posuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta illisus est torrens domui illi. et non potuit eam mouere. fundata enim erat super petram. Qui autem audit et non facit. similis est homini aedificanti domum suam super terram sine fundamento. in quam illisus est torrens. et continuo cecidit. et facta est ruina domus illius illa magna.

Cum autem implesset omnia uerba sua in auribus plebis. introiit capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus malus habebatur qui illi honorabilis erat. Et misit ad eum seniores iudaeorum rogans eum ut ueniret et saluaret seruum eius. Qui cum uenissent ad ihesum rogabant eum sollicite dicentes quia dignus est illi hoc. Diligit enim gentem nostram. et synagogam ipse aedificauit nobis. Ihesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo. misit centurio amicos dicens ei. domine noli uexari. non enim dignus sum ut sub tectum meum intres. propter quod nec meipsum arbitratus sum dignum ad te uenire. sed dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. et dico huic uade et uadit. et alii uenit. et seruo meo fac hoc. et facit. Audiens autem ihesus admiratus est. et conuersus sequentibus se turbae dixit. amen dico uobis. nec in israhel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum. inuenerunt puerum qui languerat sanum.

Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat per ciuitatem et castella praedicans et euangelizans regnum dei. Et duodecim cum illo. et mulieres quaedam quae erant curatae a spiritibus malignis et infirmitatibus. Maria quae uocatur magdalene de qua septem daemonia exierant. Et iohanna uxor chuzae procuratoris herodis. et susanna et aliae multae quae ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem conuenirent turbae ciuitatum singularum et properarent ad eum. dixit per similitudinem. Exiit qui seminat semen suum. Et dum seminat quaedam cecidit secus uiam. et conculcata est. et uolucres caeli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram. et natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas. et simul exortae spinae suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam. et ortum fecit fructum centuplum. Haec dicens clamabat. qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quae haec parabola esset. Quibus ait. uobis datum est nosse mysterium regni dei. ceteris autem in parabolis. ut uidentes non uideant. et audientes non intellegant. Est autem haec parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam sunt hi sunt qui audiunt. deinde uenit diabolus et tollit uerbum de corde eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram. qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum. et hi radicem non habent. qui ad horam credunt. et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit. hi sunt qui audierunt. et a sollicitudinibus et diuitiis et uoluptatibus uitae euntes suffocantur. et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram. hi sunt qui in corde bono et optimo audientes uerbum retinent. et fructum adferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens operit eam uase aut subter lectum ponit. sed ponit eam super candelabrum. ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum quod non manifestetur. neque absconditum quod non cognoscatur et in palam ueniat. Uidete ergo quomodo audiatis. qui enim habet dabitur illi. et quicumque non habet etiam quod putat se habere auferetur ab eo.

Uenerunt autem ad eum mater et fratres eius. et non poterant adire eum prae turba. Et nuntiatum est illi. mater tua et fratres tui stant foris uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos. mater mea et fratres mei hi sunt qui uerbum dei audiunt et faciunt.

Et factum est in una dierum. et ipse ascendit nauem et discipuli eius. et dixit ad illos. transeamus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis dormiuit. Et descendit procella uenti in stagnum. et complebantur et periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes. praeceptor praeceptor perimus. Et exsurgens increpauit uentum et tempestatem aquae. et cessauerunt et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. ubi est fides uestra. Timentes autem mirati sunt ad inuicem dicentes. quis putas hic est. quia et uentis imperat et mari. et obtemperant ei.

Et nauigauerunt ad regionem gerasenorum quae est contra galilaeam. Et egresso eo in terram. occurrit ei uir quidam qui habebat daemonia iam temporibus multis. et uestimento non induebatur. et in domo non manebat. sed in monumentis. Hic cum uidisset iesum. et exclamans procidit ante illum. et uoce magna dixit. quid mihi et tibi est iesu fili dei altissimi. Deprecor te ne me torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum. et uinciebatur catenis et compedibus custoditus. et ruptis uinculis agebatur a daemonio in deserta. Interrogauit autem illum iesus dicens. quid tibi nomen est. Qui dixit. legio. quia intrauerant daemonia multa in eum. Et deprecabatur eum ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum magnus pascentium in monte. Et deprecabantur eum ut permitteret illis in illos intrare. Et permisit eis. Exeuntes autem daemonia a homine intrauerunt in porcos. Et impetu abiit grex per praeceps in stagnum. et suffocatus est. Quod cum uidissent pastores qui pascebant fugerunt. et nuntiauerunt in ciuitatem et in uillas. Exierunt autem uidere quod factum esset. et uenerunt ad ihesum. et inuenerunt sedentem hominem a quo daemonia exierant. uestitum et sanae mentis. et timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant quomodo esset liberatus a legione. Et rogauit eum omnis multitudo regionis gerasenorum ut discederet ab eis. quia timore magno pressi erant. Ipse autem ascendens nauem reuersus est. Rogabat autem eum uir a quo exierant daemonia ut esset cum illo. Dimisit autem eum dicens. reuertere in domum tuam et narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem praedicans quanta illi fecisset ihesus.

Et factum est cum reuersus esset ihesus. excepit illum turba. erant enim omnes exspectantes illum. Et ecce uenit uir cui nomen iairus. et hic princeps synagogae erat. Et cecidit ad pedes ihesu. rogabat eum ut intraret in domum eius. quia filia unica erat ei fere annorum duodecim. et haec moriebatur. Et factum est dum iret turbae comprimebant eum. Et mulier quae erat in fluxu sanguinis duodecim annis. quae in medicos erogauerat omnem substantiam suam. et nullius potuit curari ab ullo. accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. et continuo stetit fluxus sanguinis eius. Et dixit ihesus. quis est qui tetigit me. Negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum illo erant. praeceptor turbae te comprimunt et affligunt. et dicis quis tetigit me. Ihesus autem dixit. tetigit me aliquis. ego enim noui uirtutem de me exiisse. Uidens autem mulier quia non latuit. tremens uenit et procidit ante pedes eius. et ob quam causam tetigerit eum. et quemadmodum statim sanata sit. indicauit ei. Ipse autem dixit ei. filia fides tua te saluam fecit. uade in pace. Adhuc eo loquente uenit quidam ad principem synagogae dicens ei. quia mortua est filia tua. noli amplius uexare magistrum. Ihesus autem audito uerbo respondit patri puellae. noli timere. tantum crede. et saluabitur. Et cum uenisset domum non intrauit secum nisi petrum et iacobum et iohannem. et pat

sil. fcõe ũbũ dñi in manu aggei ppte. Adzorobabel
filiũ salathiel ducẽ nrm. et adiesum filiũ iosedech sacer
dotẽ magnũ dicẽs. Haec dñs exercituũ dicẽs. ppli iste
dicũt. non dũ uenit tps domus domini edificande.
Et factũ est ũbũ dñi in manu aggei ppte dicens. a
ũlquid tps uobis ẽ ut habitetis in domibus cẽatis et domus
ista deserta? Et nũc hec dicit dñs exercituũ. ponite corda
uestra super uias uestras. Semina stis multũ. et intulistis pauca.
comedistis. et non estis satiati. bibistis et nõ estis inebriati.
operuistis uos et nõ estis calefacti. et qui mercedes congregauit:
misit eas in saccum ũ ptusum.
Hec dicit dñs exercituũ. ponite corda uestra super uias uestras.
Ascendite in montẽ. portate ligna. et edificate domũ
et acceptabilis mihi erit. et glorificabor dicit dñs exer
cituũ. Respexistis ad amplius. et ecce factũ est minus. et intu
listis in domum. et exsufflaui illud. Quam obrẽm dicit
dñs exercituũ. quia domus mea deserta ẽ. et uos festinatis
singuli unusquisq; in domũ suã. pter hoc prohibiti sunt super
uos celi. ne det ros. et terra prohibita ẽ ne daret germen
suum. et uocaui siccitatẽ super terrã. et super montes. et sup
triticũ et super uinũ. et super oleũ. et cuncta que gignit humus.
et super homines. et super iumenta. et super omnem laborem ma
nuum.
Et audiuit zorobabel filius salathiel. et iesus filius iose
dech sacerdos magnus cum omni reliquiũ populi uocem dñi
sui. et uba aggei prte sicut misit eũ dominus deus ad ipsos.
et timuerunt populus a facie dñi. Et dixit aggeus nuncius
domini de nuntiis dñi populo dicens. ego uobiscũ dicit
dominus. Et suscitauit dñs spm zorobabel filii salathiel
principis iuda. et spm iesu filii iosedech sacerdotis magni.
et spm reliquoꝝ omniũ populi. et ingressi sunt et fecerunt opus
in domo domini exercituũ dei sui. in die. xxv. quarta mẽ
sis. in anno secdo darii regis.
In septimo mense. xxi. mensis factũ est ũbũ dñi in manu
aggei ppte dicens. loqre ad zorobabel filiũ salathiel
ducem iuda. et ad iesum filiũ iosedech sacerdotẽ magnũ.
et ad reliquos populi dicens. Quis in uobis relictus est qui ui
dit domũ istã in gla sua prima? Et quid uos uidetis hanc
nunc? nũquid non ita ẽ? et nũ estis quasi non sit in oculis uestris?
Et nunc confortare zorobabel dicit dñs. et confortare iesu filii
iosedech sacerdos magne. et confortare omnis populus terre dicit dñs exercituũ. et facite
quia ego uobiscũ sum. dicit dñs exercituũ. Ubũ gr pepigi uobiscũ
cum egrederemini de terra egipti. et spiritus meus erat in medio uestri.
nolite timere. qz hec dicit dñs exercituũ. Adhuc unum modi
cum est. et ego mouebo celum et terram. mare et aridam. et mouebo
omnes gentes. et uenient desiderata cunctis gentibus. et implebo
domum istam gle dicit dñs exercituũ. Meum est argentum et meum
est aurum dicit dñs exercituũ. Magna erit gla domus istius nouissime. plusquam prime dicit dñs exercituũ. et in
loco isto dabo pacem dicit dñs exercituũ.
In. xxiiii. quarta noni mẽsis. in anno secdo darii regis.
factum ẽ ũbũ domini ad aggeum ppham. Loquere dicit dñs exercitu
tuum. interroga sacerdotes legem dicens. Si tulerit homo
carnem sanctificatam in bora ue stimenti sui. et tetigerit de ful
mento eius panem aut pulmentum. aut uinum. aut o
leum. aut omnẽ escam. nũquid sanctificabit? Responderunt sacer
dotes. et dixerunt. aggeus. Si tetigerit pollutus anima ex his
horum quid cõtaminabit? Respondit ergo sacerdotes et dixerunt.
cõtaminabit. Respondit aggeus et dixit. Sic populus iste et sic
gens ista coram me ait dñs. et sic omne opus
manuum eorum. et quod obtulerint ibi cõtaminata erunt.
Et nunc ponite corda uestra a die hac et sursum. antequam ponerẽ
tur lapis super lapidem in templo domini. cum accede
ret aliquis ad acerbum. xx. modios. et fierent. x. pertransibat quis
quam ut ex eis metens quinquaginta lagenas. et sic bau
xx. Et percussi uos in cuncto uentho et in rubigine et grandine
omnia opera manuum uestrarum. et non fuit in uobis qui
reuerteretur ad me dicit dñs. ponite corda uestra
ri super hoc. a die. xxiiii. quarta noni mẽsis. a die qua fundamẽ
ta iacta sunt templi dñi. ponite super cor uestrum. Numquid
adhuc semen in granario? et uinea et ficus et malo gra
natum. et lignum olive non florebunt. ex die ista benedicam.
Et factum ẽ ũbũ domini secdo ad aggeum. xxiiii. quarta mẽsis.
dicens. Loquere ad zorobabel duce iuda dicens. Ego mou
eo celum et terram. et subuertam solium regnoꝝ. et conteram uirtutem
regnorum gentium. et subuertam quadrigam et ascendentes in eis. de
scendent equus et ascensor eius. uir in gladio fratris sui. In die
illa dicit dñs exercituũ. Assumam te zorobabel filius sala
thiel serue meus dicit dñs. et ponam te quasi signaculũ. qz
te elegi dicit dñs exercituũ.
Incipit prologus sancti hieronymi presbyteri in zachariam
prophetam.
Secundo anno regis medoy. aggeus zacharias propheta
sermones eorum dem describit. Si nec dem aggeus zacha
rie ordine prophetauit. planus est. q. cum duoꝝ nobis ut pu
dentes lectiones ostendit. in prophetia sacerdotis ineuntis et
adrestantium mentem dei ad populum sacerdotes increpasse. ut ex ipsa
refert die. In secdo anno darii regis. factus est aggeus et zacha
rias. filius addo prophetauerunt super iudeos qui erant in iudea
et in hierusalem. In nomine dei israhel super eos. Tunc surrexerunt zorobabel
filius salathiel. et iesus filius iosedech. et perrexerunt et
cooperuerunt edificare domũ dei sui. et erant cum eis prophete dei
adiuuantes eos. exhortatione eius admonuerunt eos. Nã et ipse
populus fuit in abominatione peccatoꝝ et delictoꝝ. sua admo
nitionem dei prophete capiens reuocare. ubi sit certe ostendit
se uisum esse. Vidi nocte. et ecce uir ascendens super equum
rubeum et ipse stabat inter murtos que erant in profundo. et post eum equi
rubei et uarii et albi. Et dixi. quorum isti domine mi. Et dixit ad me angl's qui loquebatur in me.
ego ostendam tibi quid sint hi. Et respondit uir qui stabat inter murtos et dixit.
Hi sunt quos misit dñs ut circumeant terram. Et respon
derunt angło domini qui stabat inter murteta et

rdyerũt. pambulauim ẽrũl. r ecce ōĩs terra habitabit̃ req̃
scet. r respondit. angl⁹ dñi r dixit. dñe exercituũ. usq; quo tu
nō miserebĩs | ierusalem r urbiũ iuda quib; iratus es? iste t
septuaginta annis? r respondit dñs angło qui loq̃batur
in me uerba bona uba consolatoria. r dixit ad me. angelus q̃
me loq̃batur in me. clama dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ. zelo
tus sum hierl r zelo magno tra magna. Ego iratꝰ
eram super gẽtes opulentas. qui ego modicum iratꝰ sum. ipſe
uũ adiuuerũt in malũ. p̃terea Hec dicit dñs. Reuertar ad
hierl in miserationib⁹. domus mea edificabit̃ in ea. ait dñs ex
ercituũ. r regrediculũ extendet̃ super hierl. Adhuc clama dicẽs.
hec dicit dñs exercituũ. Adhuc affluẽt ciuitates mee bonis
et consolabit̃ dñs adhuc syon. et eliget adhuc hierl.
Et leuaui oculos meos r uidi. r ecce quattuor cornua. et dixi
ad angłm qui loq̃batur in me. Quid sunt hec? et dixit ad me.
Hec sunt cornua q̃ uentilauerunt iudã p̃ singlos uiros. r
nemo eoꝝ leuauit caput suũ. et uenerunt isti ut deterreãt eã. ut
dejciant cornua gentiũ. q̃ leuauerũt cornu super terrã
iudã. ut dispergeret eam.
Et leuaui oculos meos r uidi. r ecce uir. r in manu eius funiculꝰ
mẽsoꝝ. Et dixi. Quo tu uadis? et dixit ad me. ut metiar hie
rusalem. r uideã q̃m sit latitudo eius. r quã ta sit longitu
do eius. r quanta sit latitudo eius. et ecce angłs qui loq̃batur
in me egrediebatur. in me egrediebatur in occursum eius. et
dixit ad eũ. curre loquere ad puerũ istũ dicẽs. Absq; muro hab
itabit̃ hierl p̃ multitudinẽ hoĩũ. r iumentoꝝ in medio eius. et ego
ero ei. ait dñs murus ignis in circuitu. r in gła ero in medio
eius. Eia fugite de terra aquilonis dicit dñs. q̃m in quattuor
uentos celi dispersi uos dicit dñs. et in quattuor uentos celi
uos. Sion fuge. q̃ habitas apud filiã babilonis. quia hec
dicit dñs exercituũ. post głm misit me ad gentes q̃ spoliauer
unt uos. Qui enim tetigerit uos. tanget pupillã oculi mei.
quia ecce ego leuo manũ meã super eos. r erunt p̃da his
q̃ seruiebant sibi. r cognoscetis. q̃ dñs exercituũ misit me.
Lauda r lętare filia syon. quia ecce ego uenio. r habitabo in
medio tui dicit dñs. Et applicabũtur gentes multe ad do
mũ dei illa. r erunt mihi in populũ. r habitabo in med
io tui. r scies q̃ dominus exercituũ misit me ad te. et
possidebit dñs iudã partẽ suam sui in terra sanctificata. r eli
get adhuc in syon. Silete omnis caro a facie dñi. quia sur
rexit de habitaculo sco suo.
Et ostendit michi dñs iesum sacerdotem magnũ. stantẽ
coram angło dñi. r satan stabat a dextris eius ut aduersare
tur ei. Et dixit dñs ad satan. Increpet dñs in te satan. r
increpet dñs in te qui elegit hierl. Nũquid iste torris
est eruptus de igne? Et iesus erat indutus uestibus sordidis. r
stabat ante faciem angli. Qui respondens ait ad eos qui sta
bant coram se dicẽs. Auferte uestimenta sordida ab eo. et dixit
ad eũ. Ecce abstuli a te iniquitatem tuã. r induite eum uestimento
rum. Posuite cidarim mundã super caput eius. et posu
erunt cidarim mundã super caput eius. et induerũt eum uesti
bus. Et angłs dñi stabat. contestabatur angłs dñi iesum di
cens. Hec dicit dñs exercituũ. Si in uiis meis ambulaue
ris. r custodiã meam custodieris. tu quoq; iudicabis domum
meam. r custodies atria mea. r dabo tibi ambulatores
de his qui nũc hic assistunt.
Audi iesu sacerdos magne tu r amici tui. qui habitant
coram te. quia uiri portenditi sunt. Ecce ego adducã ser
uum meũ orientem. qui ecce lapis quẽ dedi coram iesu. Super
lapidem unũ septem oculi sunt. Ecce ego celabo sculpturã
eius. ait dominus exercituũ. et auferam iniquitatem terre illius in die una. In die illa dicit dñs exercituũ. u
ocabit unus amicus suus. subter umbram. r subter ficum.
Et reuersus est angelus
qui loq̃batur in me. r suscitauit me. sicut uirum qui suscitat̃
de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu uides? et dixi. Vidi
ecce candelabrum aureum totum. r lampas eius super caput ipsius
r vii. lucernę eius super illud. r vii. fistule lucernis
q̃ erant super caput eius. r due oliue super illud. una a
dextris lampadis. r una a sinistris eius. Et respondi. r dixi
ad angłm qui loq̃batur in me. r dixi. Quid sunt hec domine mea?
respondit angłs qui loq̃batur in me. r dixit ad me. Nũquid
nescis quid sunt hec? et dixi. Non domine mi. Et respondit et
dixit ad me dicẽs. Hec est uerbum domini ad zorobabel
dicẽs. Non in exercitu. nec in robore. sed in spũ meo dicit do
minus exercituũ. Quis tu mons magnus coram zorobabel
in planũ? et educet lapidem pinnaculi. et proferet gratiã
gratiã ei. Et factum est uerbum domini ad me dicens. Manus
zorobabel fundauerũt domũ istã. r manus eius perficient eam. r scies
quia dominus exercituũ misit me ad
uos. Et erit dies parui cogitauerũt. et letabuntur. r uide
bunt lapidem stagnei in manu zorobabel. vii. isti
oculi dñi qui discurrunt in uniuersa terra. Et respondi. r dixi
ad eũ. Quid sunt due olive iste ad dexteram candelabri. ad
sinistram eius? Et respondi iterum. r dixi ad eũ. Quid sunt due spice
olearum q̃ sunt super duo rostra aurea q̃ euacuant super
fluunt in duo cornua olei? Et ait ad me dicens. Nũquid ne
scis quid sunt hec? et dixi. Non domine mi. Et dixit. Hii
duo filii olei sunt qui assistunt dño
uniuerse terre.
Et conuersus leuaui oculos meos r uidi. r ecce uolumen
volans. Et dixit ad me. Quid tu uides? et dixi. Ego uideo
uolumen uolans. longitudo eius. xx. cubitorum. r latitudo eius
x. cubitorum. Et dixit ad me. Hec maledictio q̃ egreditur super
faciem omnis terre. quia omnis fur iuxta hinc scriptum est. nos
cabit. r ista sicut scripsit est. nos
mus exercituũ. r ueniet ad domũ furis. r ad domũ iurantis
in nomine meo falsum. et commorabit in medio domus
eius. r consumet eam cum ligno eius. r lapidibus eius.
Et egressus est angelus qui loquebatur in me. r dixit ad me
Leua oculos tuos r uide. quid est hoc q̃ egreditur. r dixi
Quid nam est? ait. Hec est mensura egrediens. r dixit. Hec oculus
eorum in uniuersa terra. Ecce talentum plumbi portabat. Et ecce
mulier una sedens in medio amphore. et dixit. Hec impietas. r proiecit
eam in medio amphore. r misit massam plumbi
in os eius. Et leuaui oculos meos r uidi. Ecce due mu
lieres egrediebãtur. r uentus in alis earum. habebãt autem alas quasi alas
milui. r leuauerũt amphoram inter terram et celum. Dixi ad angłm
qui loquebatur in me. Quo iste deferũt amphoram? Et dixit
ad me. ut edificetur ei domus in terra sennaar. r stabiliatur
et ponatur ibi super basem suam.
Et conuersus sum. r leuaui oculos meos r uidi. Ecce quattuor
quadrige egredientes de medio duorum montium. et mon
tes montes erei. In quadriga prima equi rufi. r in qua
driga secunda equi nigri. r in quadriga tertia equi albi. r in
quadriga quarta equi uarii fortes. Et respondi. r dixi ad an
gelum qui loquebatur in me. Quid sunt hec domine mi? Et respon
dens angłs ait ad me. Isti sunt quattuor uenti celi qui egre
diuntur ut stent coram dominatore omnis terre. In qua erant equi
nigri. egrediebatur in terram aquilonis. et albi egressi sunt
post eos. r uarii egressi sunt ad terram austri. Et
egressi robustissimi. exierũt. rapere uolebant ire. et dixit eis
omnem terram dixit. Ite. et pambulate terram. et pambulauerũt
terram. Et uocauit me. et locutus est ad me dicẽs. Ecce
qui egrediuntur in terram aquilonis. requiescere fecerunt
spm meum in terra aquilonis.
Et factum est uerbum domini ad me dicẽs. Sume a captiuis
bus. ab holdai. et a tobia. et a iedaia. et uenies tu die illa. et in
bis in domum iosie filii sophonie. qui uenerũt de babi
lone. et sumes argentum et aurum. et facies coronas. et pones
in capite iesu filii iosedech sacerdotis magni. et loqueris ad
eum dicens. Hec ait dñs exercituũ dicens. Ecce uir oriens
nomen eius. et subter eum orietur. et edificabit templum dño. et ipse p
portabit gloriam. et ipse exstruet templum dño. et sedebit et domi
nabit super solium suum. et sacerdos erit in solio suo. et consilium pacis erit inter duos il
los. et corone erunt helem. et tobie. et iedaie. et hen filio sop
honie. memoriale in templo dñi. et qui procul sunt uenient.
et edificabũt in templo dñi. et scietis quia dominus exercituũ misit
me ad uos. Erit autem hoc si audiendo audieritis uocem dei ue
stri.
Et factum est in anno quarto darii regis. Sermo autem dñi ad
zachariã. in quarta mensis nouembris qui est chasleu. et erunt
ei domus ad deprecandum facies dni. et ut dicerent sacerdotibus. et
prophetis dicens. Numquid flebimus in mense quinto. sanctificantes nos sicut iam

ti amnuſit fm̃ē uerbū dñi exercituū. adme dicēs. laq̃
te. adomnem populū terr. tadlā cerātes dicit. Cūeuomuere
ntr plangerent ſinquito t l. vii. niſe. phos. lxx. ānoſtn
ūquid ieremū ieremias nūcūcomedēt hīs dbis ſtrictn
ūquid ſo uobiſcomedēt. tuobis metuēt ſi bis hīs ſhū
quid nō ſūr ūba q̃ locutus eſt dominus ī manu ppheta
rū prioz. cū adhuc hierl habitaretur tcēt opulenta.
ipā turbes ī circuitu eius. tadaustrū t lcāpestribz habi
tauerunt. et fm̃ē ūbū dñi adzacharīā dicēs. ¶ dicit dñs
exercituū dicens. Iudicate iudiciū uerū. t misām t miſe
rationē facite. unuſquiſq; cū frē ſuo. tuiduā t pupillū.
taduenā t pauperē nolite calūpniari. tmalū frē ſuo.
nō cogitet. tlonde ſuo. t noluerūt attendere. et dederūt
ſcapulā recedētē. taures ſuas aggrauauerūt. ne audiēt.
tcorſuū posuerūt ut adamātē. ne audiēt legē. et ūba
q̃ miſit dominus exercituū in ſpū ſuo ī manū pphārū po
rū. et facta ē ī dignatiō magna a domino exercituū. t fm̃
ſē locutus ē. t nō audierūt. Sic clamabunt. t nō exaudi
ā dicit dñs exercituū. et diſperſi eos ſup oīa regna q̃ nes
cierūt. tterra deſolata ē ab retro eo q̃ nō eēt trāsiens t reuertēs.
et posuerūt terrā deſiderabilē ī deſertū.

Cviii. Et fm̃ē ūbū dñi exercituū adme dicēs. ¶ dicit dñs exercitu
uū. Zelatus ſum ſyon zelo magno. t ī dignatione mag
na zelatus ſum ei. ¶ dñs exercituū. Reuerſus ſum ad ſyon. t habi
tabo ī medio hierl. t uocabīt hierl ciuitas ueritatis. t mōs
domus exercituū mons ſanctificatus. ¶ dicit dñs exercituū.
Adhuc habitabūt ſenes t anus ī platheis hierl. t uir ba
culus ī manu eius. ꝓ multitudine dierū. et platee ciuita
tis cōplebūtur ī hnulis et puellis. ludēdis ī platheis eā.
¶ dicit dñs exercituū. Si difficile uidēt ī oculis reliquiis ppli hūs
ī diebus iſtis. numquid et oculis meis difficile erit dicit dominus ex
ercituū. ¶ dicit dñs exercituū. Ecce ego ſaluabo ppl̃m me
ū de terra orientis. et de terra occidentis ſolis. t adducā eos. t habitabūt
ī medio hierl. et erūt mihi ī ppl̃m. et ego ero eis ī deū ī ue
ritate. t ī iuſtitia. ¶ dicit dñs exercituū. Confortentur ma
nus ueſtre. qui audiſtis ī diebus iſtis ſermones iſtos ex ore pphārū.
ī die qua fundata ē domus dñi exercituū. ut templū ędifica
retur. Siquidē ante dies illos merces hoīs nō erat. nec
merces iumēti ad opus erat. nec ingredienti nec exeunti erat pax
p tribulatione. t dimiſi omnes hoīes unuſquēq; p proximū ſu
um. nūc autē nō iuxta dies priores ego faciam reliquiis po
puli huius dicit dñs exercituū. ſi ſemen pacis erit. vinea da
bit fructū ſuū. et terra dabit genimē ſuū. et celi dabūt rorem
ſuū. et poſſidere faciā reliquias ppli huius ſumilia. et erit.
ſicut eratis maledictio ī gentibz domus iuda et domus iſrl. ſic
ſaluabo uos et eritis ī benedictiō. Nolite timere. cōfortēr
manus uestre. qui hec dicit dñs exercituū. Sic enim dixit dñs. ut ac
cū fugere uos ad iracundiā puocaſſent me patres uestri di
cit dñs. et nō mi miſertus eſſe cōſilium egerunt ī diebz iſtis
ut bñ facerā uobis et domui iuda. Nolite timere. ¶ hec ſunt q̃ fa
cietis. loquimini ueritatē unuſquiſq; cū proximo ſuo.
ueritatē et iudiciū pacis iudicate ī portis uestris. et unuſq;
malū cōtra amicū ſuū nō cogitetis. et periurū nō diligatis. tuniuerſa hec
odio habeo dicit dñs. Sermo dñi exercituū factus eſt ad me dicēs.
Et fm̃ē ūbū dñi exercituū. ¶ dicit dñs exercituū. Jeiunium
quarti. et ieiunium quinti. et ieiunium ſexti. et ieiunium ſep
timi. erit domui iuda ī gaudiū et ī letitiā. et ī ſolēnitates pul
cras. ueritatē tm̃ et pacem diligite. ¶ dicit dñs exercituū.
Adhuc quo uenient ppli et habitabunt ī ciuitatibz multis. et ua
dent habitatores unius ad alterū dicētes. Eamus et deprecemur
faciē dñi. et rogemus dñm exercituū. Vadā ego et
uenient ppli multi. et gentes robuſte ad rogandū dñm
exercituū in hierl. et deprecandā faciem dñi. ¶ dicit dñs ex
ercituū. In diebus illis manibz decem uir ex omnibz
linguis gentiū. et apprehendet fimbriā uni uiri dicentes. Ib
imus uobiſcū. audiuimus enim q̃ deus uobiſcū eſt.

Cix. Onus ūbi dñi ī terra adrach. et damaſci requies eius. q̃ dñs ē
oculus hōis. et oīs tribus iſrl. Hemath quoq; ī terminis eius
et tyrus. et ſydon. Attamen ſapiens nimis. et edificauit
tyrus munitionem ſuā. et congregauit argentū
ſicut lutum. et aurū ut lutū platearū. Ecce dñs poſſidebit eā.
et percutiet in mari fortitudinē eius. et ipſa igne deuorabit.
Videbit aſcalon et timebit. et gaza. et dolebit nimis. et accaron q̃a

ſtula ē ſpes eius. et peribit rex de gaza. et aſcalon nō habitabit. et
ſedebit ſegnis in azoto. et diſperdā ſuperbiā philiſthiim. et au
feram ſanguinē eius de ore eius. et abominationes eius de me
dio dentium eius. et relinquetur et ipſe deo noſter. et erit ſicut dux in iuda. et acca
ron ſicut iebuſeus. et circūdabo domui meā ex his qui militant
mihi. et nō pertranſibit ultra ſuper eos exactor.
quia nunc uidi in oculis meis.

Exulta ualde filia ſyon. iubila filia hierl. ecce rex tuus uenie
tibi iuſtus et ſaluator. ipſe pauper. et aſcendens ſuper aſinū. et
ſuper pullū filiū aſine. et diſperdā quadrigā ex ephraī. et eq
uū de hierl. et diſſipabit arcus belli. et loquetur pacē gentibz. et po
teſtas eius a mari uſq; ad mare. et a flumine uſq; ad fines terre. ſa
quoq; ī ſanguine teſtamenti tui emiſi uinctos tuos de lacu
in quo nō eſt aqua. Conuertimini ad munitionem uinc
ſpes. hodie quoq; annuncians duplicia reddā tibi. cum ex
tendi mihi iudā. et arcū implebo ephraim. et ſuſcitabo filios tuos ſyon ſuper filios greciæ.

Et erit quaſi gladius fortis uiri. et dñs ſuper eos uidebit. et exibit ut fulgur iaculū eius. et dñs deus in tuba canet. et ibit cū turbine
austri. dñs exercituū protget eos. et deuorabunt. et
ſubiicient lapidibus funde. et bibentes inebriabuntur quaſi
Et egressus ihūs de templo ibat. et accesserunt discipuli ei. ut ostenderent ei edificationem templi. ipse aūt respon dens dixit eis. Videtis hec omnia. Amen dico uobis. non relinquetur hic la pis super lapidem. qui non destruatur. Sedente aūt eo sup montem oliueti. accesserunt ad eum discipuli secre to dicentes. Die nobis. quando erunt hec. et quod signum aduentus tui et consummationis seculi. Et respondens ihūs dixit eis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nōe meo dicentes. ego sum xps. et multos seducēt. Audituri enim estis bella. et opiniones bellorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri. sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentē et regnum in regnum. et erunt pestilentie. et fames. et terre motus per loca. hec aūt omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem. et occident uos. et eritis odio omnibus gentibus. propter nomen meum. et tunc scandalizabuntur multi. et inuicem tradent. et odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophete surgent. et seducent multos. et quoniam abundauit iniquitas. refrigescet caritas multorum. Qui aūt perseuerauerit usq; in finem. hic saluus erit. Et predicabitur hoc euangelium istud in uniuerso mundo. in testimonium omnibus gentibus. et tunc ueniet consummatio. Cum ergo uideritis abhominationem desolationis que dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto. qui legit intelligat. tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non reuertatur tollere uestimentum suum. Ve aūt pregnantibus et nutrientibus illis diebus. Orate aūt ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit. ab initio mundi usq; modo. neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis uobis dixerit. ecce hic est xps aut illic. nolite credere. Surgent enim pseudoxpi. et pseudoprophete. et dabunt signa magna et prodigia. ita ut in errorem inducatur si fieri potest etiam electi. Ecce prędixi uobis. Si ergo dixerint uobis. ecce in deserto est. nolite exire. ecce in penetralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente. et paret usq; occidentem. ita erit et aduentus filii hominis. Vbicunq; fuerit corpus. ibi congregabuntur et aquile. Statim aūt post tribulationem dierum illorum. sol obscurabitur. et luna non dabit lumen suum. et stelle cadent de celo. et uirtutes celorum mouebuntur. et tunc parebit signum filii hominis in celo. et tunc plangent omnes tribus terre. et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus celi. cum uirtute multa et maiestate. et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna. et congregabunt electos eius a quattuor uentis. a summis celorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore aūt ficus discite parabolam. cum iam ramus eius tener fuerit. et folia nata fuerint. scitis quia prope est estas. Ita et uos cum uideritis hec omnia. scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis quia non preteribit generatio hec donec omnia hec fiant. Celum et terra transibunt. Uerba aūt mea non transient. De die aūt illa uel hora nemo scit. neque angeli celorum. nisi pater solus. Sicut aūt in diebus noe. ita erit aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes et bibentes. nubentes et nuptui tradentes. usq; ad eum diem quo intrauit noe in arcam. et non cognouerunt donec uenit diluuium et tulit omnes. ita erit et aduentus filii hominis. Tunc duo erunt in agro. unus assumetur. et unus relinquetur. duo molentes in mola. una assumetur. et una relinquetur.

Igitur ergo quia nescitis qua hora dominus uester ue niat. Illud aūt scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur uenturus esset. uigilaret utique. nec sineret perfodi domum suam. Ideo et uos estote parati. quia nescitis qua hora filius hominis uenturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam. ut det illis cibum in tempore. Beatus seruus ille quem cum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico uobis quia super omnia bona sua constituet eum. Si aūt dixerit malus seruus ille in corde suo. Moram facit dominus meus ue nire. et ceperit percutere conseruos suos. manducet aūt bibat cum ebriosis. ueniet dominus serui illius in die qua non sperat. et hora qua ignorat. et diuidet eum. partemque eius ponet cum hypocritis. ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc simile erit regnum celorum decem uirginibus. Quę accipientes lampades suas. exierunt obuiam sponso et sponse. quinque aūt ex eis erant fatue. et quinque prudentes. Sed quinque fatue accipientes lampades non sumpserunt oleum secum. prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Cum aūt moram faceret sponsus. dormitauerunt omnes et dormierunt. Media aūt nocte clamor factus est. ecce sponsus uenit. exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines

nes ille. et ornauerunt lampades suas. Fatue autē
sapientib⁹ dixerūt date nobis de oleo uestro quia lāpades nr̄e
extinguūtur. Respōderūt prudētes dicētes. Ne forte non
sufficiat nobis et uobis. ite potius ad uendētes et emite
uobis. dū aūt ueniūt emere uenit sponsus et quę
parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. et clausa est ia
nua. Nouissime aūt ueniunt et reliq̄ uirgines dicētes:
dñe dñe aperi nobis. At ille respōdēs ait. Amē dico uob⁹
nescio uos. Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam.
Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos:
et tradidit illis bona sua. Et uni dedit .v. talenta. alii aūt
duo. alii uero unum. unicuiq; scām̄ propriā uirtutē
et statim profectus est. Abiit aūt qui quinq; talenta ac
ceperat. et operatus est in eis. et lucratus est alia .v. Si
militer qui duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui
aūt unū acceperat abiens fodit terrā et abscondit pecu
niam dñi sui. Post multū uero tēporis uenit dñs ser
uoq; illoq; et posuit rōnē cū eis. et accedens qui quin
q; talenta acceperat obtulit alia .v. talenta dicēs. dñe
.v. talenta tradidisti mihi. ecce alia .v. superlucratus
sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone et fidelis. quia
super pauca fuisti fidelis. super multa te cōstituam
intra in gaudiū dñi tui. Accessit aūt et qui duo talenta
acceperat. et ait. domine duo talenta tradidisti mihi. ecce
alia duo lucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue
bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. super
multa te cōstituam intra in gaudiū dñi tui. Accedēs aūt et qui unū talētū acceperat.
ait. dñe scio quia hō durus es. metis ubi nō seminasti
et congregas ubi nō sparsisti. timēs abii et abscondi. tuū
ecce habes quod tuū est. Respondens aūt dñs eius. dixit ei. Serue male et piger. sci
ebas quia meto ubi nō semino. et cōgrego ubi nō
sparsi. oportuit ergo te committere pecuniā meā num
mulariis. et ueniens ego recepissem utiq; quod meū
est cū usura. tollite itaq; ab eo talentū. et date ei qui hꝫ
.x. talenta. Omni enim habenti dabit. et abū
dabit. Qui aūt nō habet etiā quod habet auferetur ab eo. Et inutilem
seruū eiicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et
stridor dentium.

Cum aūt uenerit filius hōis in maiestate sua et omnes
angeli cū eo. tūc sedebit super sedē maiestatis suę. et
congregabūtur aūt eū omnes gentes. et separabit eos ab
inuicē. sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet quidē
oues ad dexteram suam. hedos aūt ad sinistram. Tūc dicet rex his
qui ad dexteram eius erunt. Venite benedicti patris mei
possidete paratū uobis regnū a constitutione mundi. Esu
riui enim et dedistis mihi manducare. Sitiui et potastis me.
Hospes eram et collegistis me. nudus et operuistis me.
Infirmus fui et uisitastis me. In carcere fui et uenistis
ad me. Tūc respondebunt ei iusti dicētes. dñe quando te u
dimus esurientē et pauimus. aut sitientē et dedimus tibi
potū. quādo aūt te uidimus hospitē et colleximus te. aut
nudū et cooperuimus? uel quando te uidimus infirmum
aut in carcere. et uenimus ad te? Et respondens rex dicet illis.
Amē dico uobis. quāmdiu fecistis uni de his fratribus meis
minimis. mihi fecistis. Tūc dicet et his qui a sinistris erunt. Dis
cedite a me maledicti in ignem eternū qui paratus
est diabolo et angelis eius. Esurii enim et non dedistis mi
hi manducare. Sitiui et non dedistis mihi potū. Hospes
eram et non collegistis me. nudus et non operuistis me.
Infirmus et in carcere et non uisitastis me. Tunc respon
debunt et ipsi dicentes. dñe quando te uidimus esurientem.
aut sitientem. aut hospitē. aut nudū. Infirmum. et
in carcere. et non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicēs. Amē
dico uobis. quāmdiu non fecistis uni de minoribus his. nec
mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternū. iusti
autem in uitā eternā.

Et factum est cū cōsummasset ihūs sermones hos omnes. dixit
discipulis suis. Scitis quia post biduū pascha fiet. et fi
lius hōis tradetur ut crucifigatur. Tūc congregati sunt
principes sacerdotū et seniores populi. in atrium prin
cipis sacerdotū qui dicebatur cayphas. et consilium fecerunt
ut ihūm dolo tenerēt et occiderent. dicebāt aūt. Non
in die festo. ne forte tumultus fieret in populo. Cū aūt
esset ihūs in bethania in domo symonis leprosi. accessit
ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi. et
effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes aūt discipu
li indignati sunt dicentes. Vt quid perditio hec? potuit
istud uenundari multo. et dari pauperibus. Sciens aūt
ihūs ait illis. quid molesti estis huic mulieri? opus
bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobis
cum. me aūt nō semper habebitis. Mittens enim hec unguen
tum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Amē dico
uobis ubicūq; predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dic
tum erit et quod hec fecit in memoriā eius. Tūc abiit unus de duo
decim qui dicebatur iudas scarioth ad principes sacer
dotum. et ait illis. Quid uultis mihi dare et ego uobis eum tradam? At
illi constituerunt ei. xxx. argenteos. Et inde querebat opportu
nitatem ut eum traderet. Prima aūt azimorum accesserunt
discipuli ad ihūm dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere
pascha? At ihūs dixit. Ite in ciuitatem ad quendā et dicite
ei. Magister dicit. tempus meum prope est. apud te facio pascha cū discipu
lis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihūs.
et paruerūt pascha. Vespere aūt facto discumbebat cum
duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen dico uob⁹
quod unus uestrum me traditurus est. Et contristati uehe
menter ceperūt singuli dicere. Numquid ego sum dñe? At ipse respōdens ait. Qui
intingit mecum manum in paropside hic me tradet. Filius
quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Ve aūt homini illi per
quem filius hominis tradetur. bonum erat ei si natus homo non fuisset ho
mo ille. Respondens aūt iudas qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum
rabbi? Ait illi. tu dixisti. Cenantibus aūt eis accepit ihūs
panem. et benedixit ac fregit. deditq; discipulis suis. et ait.
Accipite et comedite hoc est corpus meum. Et accepto calice
gratias egit. et dedit illis dicēs. Bibite ex hoc omnes. hic est
enim sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundi
tur in remissionem peccatorum. Dico aūt uobis. non bibam
amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illum. cū illud
bibam uobiscū nouum in regno patris mei.
Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tūc dicit illis
ihūs. omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte.
scriptum est enim. percutiam pastorem. et dispergentur oues gre
gis. Postquam aūt resurrexero. precedam uos in galileam.
Respondens aūt petrus. ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te ego numquam scandalizabor.
Ait illi ihūs. Amēdico tibi. quia in hac nocte. antequam
gallus cantet. ter me negabis. Ait illi petrus. etiam si
oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter
et omnes discipuli dixerūt. Tūc uenit ihūs cum illis in villam
que dicitur gethsemani. et dixit discipulis suis. Sedete hic donec
uadam illuc et orem. Et assumpto petro et duobus filiis zebe
dei cepit contristari et maestus esse. Tūc ait illis. Tristis est anima
mea usq; ad mortem. Sustinete hic et uigilate mecum.
Et progressus pusillum procidit in faciem suam orans et dicēs. Pa
ter mi si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen
non sicut ego uolo sed sicut tu uis. Et uenit ad discipulos suos.
et inuenit eos dormientes. et dicit petro. Sic non
potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate et orate ut non intretis
in tentationem. Spiritus quidem promptus est. caro aūt infirma.
Iterum secundo abiit orauit dicēs. Pater mi si non potest
hic calix transire nisi bibam illum. fiat uoluntas tua. Et ueni
ens iterum inuenit eos dormientes. erant enim eorum
oculi grauati. Et relictis illis iterum abiit. et orauit tertio eun
dem sermonem dicēs. Tūc uenit ad discipulos suos et
dicit illis. dormite iam et requiescite. ecce appropinqua
uit hora. et filius hominis traditur in manus peccatorum. Sur
gite eamus. ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc
eo loquente. ecce iudas unus de duodecim. uenit et cum
eo turba multa. cum gladiis et fustibus missa a principibus
sacerdotum et senioribus populi. Dabat aūt illis signum dicēs. Quem
cumq; osculatus fuero. ipse est tenete eum. Et confestim accedens ad ihūm dixit. Aue rabbi. et os
culatus est eum. Dixitq; illi ihūs. Amice ad quid uenisti? tunc
accesserunt et manus miserunt in ihūm. et tenuerunt
eum. Et ecce unus ex his qui erant cum ihū. extendens ma
num exemit gladium suum. et percutiens seruum principis
sacerdotum. Abstulit auriculam eius. Tunc ait illi ihūs

conuerte gladiū tuū in locū suū. omēs enī qui ac
ceperint gladiū gladio pibunt. An putas quia non
possū rogare patrem meum & exhibebit mihi plus
quā. xii. legiones angelorū. Quomodo ergo implebū
tur scripture quia sic oportet fieri. In illa hora dixit
turbis. tanquā ad latronem existis cū gladiis et fus
tibus apprehendere me. Cotidie apud uos sedebā do
cens in templo. et non me tenuistis. hoc aūt totū factū est
ut impleātur scripture pphārū. tūc discipuli omnes
relicto eo fugerunt. Illi aūt tenentes ihūm. duxe
runt ad caypham principē sacerdotū. ubi scribe et se
niores cōuenerant. Petrus aūt sequebatur eū. longe a
q̄ in atriū principis sacerdotum. et ingressus intro
sedebat cū ministris. ut uideret finem. principes
aūt sacerdotū et oēs cōsilium q̄rebant falsū testimo
nium contra ihūm. ut eum morti traderent. et nō in
uenerunt. cū multi falsi testes accessissent. nouissi
me aūt uenerūt duo falsi testes. dixerunt. hic di
xit possum destruere templū dei et post triduū reedi
ficare illud. Et surgēs princeps sacerdotū. ait illi.
nichil respondes ad ea que tibi aduersū hi testificāt
tur. Ihūs aūt tacebat. Et princeps sacerdotū. ait illi. Ad
iuro te per deum uiuū. ut dicas nobis si tu es xp̄s filius
dei. dicit illi ihūs. tu dixisti. Verumtamē dico uobis.
amodo uidebitis filiū hōis sedētem a dextris uirtutis
dei. et uenientem in nubibus celi. tūc princeps sacerdotū
scidit uestimēta sua dicēs. blasphemauit. quid adhuc
egemus testibus? Ecce nūc audistis blasphemiā quid
uobis uidet? Illi respondētes dixerunt. Reus est mortis.
tunc exspuerunt in faciem eius. et colaphis eum ceci
derunt. Alii aūt palmas in faciem eius dederunt
dicētes. Xp̄he nobis. quis est qui te percussit.
Petrus uō sedebat foris in atrio. et accessit ad eum u
na ancilla dicēs. et tu cū ihū galileo eras. Ille ne
gauit coram oīb⁹ dicēs. nescio quid dicis. Exeūte aūt
illo in ianuam. uidit eū alia ancilla dicēs. et hic erat cū ihū nazareno. Et iterū negā
uit cū iuramēto. q. nō nouisset hōiem. Et post pusillum
accesserunt qui stabāt. et dixerūt petro. Uere tu e
x illis es. nam et loquela tua manifestū te facit. tunc
cepit detestari et iurare. quia nō nouisset hominem. et
continuo gallus cantauit. et recordatus est petrus ubi
ihū dixerat. priusquā gallus cantet. ter me negā
bis. et egressus foras. flebat amare. Omnes aūt discī
puli eius reliquerunt eum et fugerunt. Principes aūt sacerdotū
et seniores populi aduersus ihūm. ut eum morti traderēt. Et uinctum adu
xerunt eum. et tradiderūt pontio pilato p̄sidi. tunc
uidens iudas qui eum tradidit. q. damnatus esset. pe
nitentia ductus. retulit. xxx. argenteos principibus sacerdotū
et senioribus dicens. peccauī tradēs sanguinem iu
stum. At illi dixerūt. quid ad nos? tu uideris. Et proiectis
argenteis in templo. recessit. et abiens laqueo se suffocauit.
principes aūt sacerdotū. acceptis argēteis dixerunt.
non licet mittere eos in corbonanam quia pretium sangui
nis est. Consilio aūt inito emerunt ex illis agrum figu
li in sepulturam peregrinorum. propter hoc uocatus est ager
ille haceldemach. hoc est ager sanguinis usq; in hodier
num diem. et tunc impletum est quod dictum est per hie
remiam p̄phām dicentem. Et acceperunt triginta
argenteos. pretium appretiati. quos appretiauerunt a filiis isrl.
et dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi dñs.
Ihūs aūt stetit ante p̄sidem. et interrogauit eū p̄sidēs
dicēs. tu es rex iudeorum? dicit ei ihūs. tu dicis. et cū accusa
retur a principibus sacerdotū et senioribus. nichil respon
dit. tunc dicit illi pilatus. audis quanta aduersū te dicūt
testimonia? et nō respondes ad ullū sibi. ita ut mirarētur
p̄sidēs uehemēter. Quem aūt consuerant p̄sidēs dimittere
populo unū uinctū quem uoluissent. habebat
aūt tunc unū uinctū insignē qui dicebatur barabas. congregatis
ergo illis dixit pylatus. Quem uultis dimittam uobis.
barabam. an ihūm qui dicitur xp̄s? sciebat enim q. inuidia
tradidissent eū. Sedente aūt illo pretorio misit ad
illum uxor eius dicēs. nichil tibi et iusto illi. multa enim
passa sum hodie per uisum propter eum. Principes aūt sacer
dotū et seniores persuaserūt populis ut petereт barabā.
ihūm uero perderent. Respondens aūt p̄ses ait illis. Quem
uultis horum dimittam uobis. Illi aūt dixerunt. barab-
bam. dicit illis pilatus. Quid igitur faciā de ihū qui dicitur
Christus? Dicunt omnes. crucifigatur. Ait illis pilatus. Quid enim
malum fecit? Illi magis clamabant dicentes. crucifige
tur. Videns aūt pilatus quia nichil proficeret. sed magis tumul
tus fieret. accepta aqua lauit manus coram
populo. dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. uos
uidetis. et respondit uniuersus populus dicēs. San
guis eius super nos et super filios nostros. tunc dimisit illis ba
rabam ihūm aūt flagellatum tradidit eis ut crucifi
gerētur.

Tunc milites p̄sidis suscipientes ihūm in pretorio congre
gauerunt ad eum uniuersam cohortem. et exuentes eū
clamidem coccineam circumdederunt ei. et plectentes
coronam de spinis. posuerunt super caput eius. et
harundinem in dextera eius. et genu flectentes
ante eum illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorum. et exspuentes
in eū. acceperūt harundinem. et percutiebant caput eius. et
postquam illuserunt ei. exuerunt eū clamide. et indu
erunt eū uestimentis eius. et duxerūt eum ut crucifigerent.
Exeuntes aūt inuenerūt hominem cyrenēum nomine symonē. hunc angariauerunt ut tolleret crucē eius.
et uenerūt in locū qui dicitur golgotha q̄ est caluarie locus. et dederūt ei uinū
bibere cum felle mixtum. et cū gustasset noluit bibere. postquā
crucifixerūt eum diuiserūt uestimenta eius sortem mittentes. ut impleretur
quod dictum est per p̄phām dicentem. diuiserunt sibi uestimenta mea. et
in uestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. et posuerunt
super caput eius causam ipsius scriptam. hic est ihūs rex iudeo
rum. tūc crucifixi sunt cum eo duo latrones. unus a dex
tris. et unus a sinistris. Preteribant aūt blasphemantes
eum mouentes capita sua et dicentes. Vah qui dest
truis templū dei. et in triduo illud reedificas. saluum fac me
ipsum. si filius dei es. descende de cruce et credimus tibi.
Similiter et principes sacerdotū illudentes cum scribis
et senioribus dicebant. Alios saluos fecit. se ipsum non potest
saluum facere. Si rex israel est. descendat nunc de cruce
et credimus ei. Confidit in deo. liberet nunc eum si uult
eum. dixit enim. quia filius dei sum. Id ipsum aūt et latrones qui cru
cifixi erant cum eo improperabant ei. Alexys aūt uenit ne
bule facte sunt super uniuersam terram usq; ad horā nonā.
Et circa horā nonā clamauit ihūs uoce magna dicēs.
heli. heli. lamazabatani. hoc est. deus meus deus
meus ut quid dereliquisti me? quidam aūt illic stan
tes et audientes dicebant. Heliā uocat iste. et cōtinuo
currens unus ex eis. tollens spongiam implenit aceto. et
imposuit harundini. et dabat ei bibere. Cæteri uō dice
bant. Sine uideamus an ueniat helias liberans eum.
Ihūs aūt iterū clamauit uoce magna. et emisit spiritum. Et
ecce uelum templi scissum est in duas partes. a sum
mo usq; deorsum. Et terra mota est. et petre scisse sunt et
monumenta aperta sunt. et multa corpora sanctorum qui dor
mierāt surrexerūt. et exeuntes de monumentis post
resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem. et ap
paruerunt multis. Centurio aūt et qui cum eo erant. cu
stodientes ihūm. uisto terremotu et his que fiebant. ti
muerunt ualde dicentes. uere filius dei erat iste. E
rant aūt ibi mulieres multe a longe que secute erant
ihūm a galilea ministrantes ei. inter quas erat maria
magdalena. et maria iacobi. et ioseph mater. et mater
filiorum zebedei. cum uenisset aūt uespere. uenit quidam
uir diues ab arimathia nomine ioseph. qui et ipse discipulus
erat ihū. hic accessit ad pylatū et petiit corpus ihū.
tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore
ioseph inuoluit illud in sindone munda. et posuit il
lud in monumento suo nouo quod fecerat in petra. et adu
olui lapidem magnum ad ostium monumenti. et abiit. Er
at aūt ibi maria magdalene. et altera maria se
dentes contra sepulchrum.

Altera aūt die que est post parasceuen. conuenerunt
principes sacerdotum et pharisei ad pylatum dicētes.
Domine recordati sumus quia seductor ille adhuc uiuens
dixit. post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri
sepulchrum usq; in diem tertium. ne forte ueniant

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

discipuli ei⁹ t timebãt eũ rogare plebi surrexerat a mortuis. et erit nouissim⁹ error peior priore. Aut illi qui haberent custodiã. ite custodite sic⁹ scitis. Illi aũt abeũtes munierunt sepulchrũ. signantes lapidem cum custodibus.

XXVIII Vesperte aũt sabbati q̃ lucescit in prima sabbati. uenit maria magdalene. et altera maria uidere sepulchrũ. et ecce terremotus factus est magnus. Angel⁹ aũt dñi descendit de cela. et accedẽs reuolui lapidẽ t sedebat sup eũ. Erat aũt aspectus eius sic fulgur. et uestimẽta ei⁹ sic niues. p timore aũt eius exterriti sunt custodes. et facti sunt uelut mortui. Respondẽs aũt angel⁹ dixit mulieribus. Nolite timere uos. Scio enim q̃ ihm qui crucifixus est quer. nõ est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite t videte locũ ubi positus erat dñs. et cito euntes dicite discipulis eius q̃ surrexit. Et ecce precedet uos in galileam. ibi eum uidebitis. ecce prędixi uobis. Et exeuntes cito cum timore et magno gaudio. currebãt nũtiare discipulis eius. Et ecce ihs occurrit illis dicẽs. Auete. Ille aũt accesserunt. et tenuerunt pedes eius t adorauerũt eũ. Tũc ait illis ihs. Nolite timere. ite nũtiate fratribus meis ut eant in galileã. ibi me uidebũt. Dũ aũt illi irent. ecce quidã de custodibus uenerũt in ciuitatẽ. t nũtiauerunt principibus sacerdotũ omnia q̃ facta fuerant. Et cõgregati cum senioribus cõsilioq; accepto pecuniã copiosam dederunt militibus dicẽtes. Dicite quia discipuli eius nocte uenerũt. et furati sunt eũ uobis dormiẽtibus. Et si hoc auditũ fuerit apud ꝓsidẽ. nos suadebimus ei. t securos uos faciemus. Illi aũt accepta pecunia. fecerũt sicut docti fuerant. et diuulgatus est sermo iste apud iudeos usq; in hodiernum diem.

Undecim aũt discipuli abierũt in galileam in montem ubi constituerat illis ihs. Et uidentes eũ adorauerũt. quidã aũt dubitauerunt. Et accedẽs ihs locutus est eis dicẽs. Data est mihi oĩs potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete oẽs gentes. baptizantes eos in nomine patris t filii t spũs scĩ. docentes eos seruare oĩa q̃cũq; mandaui uobis. Et ecce ego uobiscũ sum oĩbus diebus usq; ad consummationem seculi. Explicit euangliũ scđm matheũ. Incipit euangliũ scđm marcum

Initium euangelii ihũ xp̃i filii dei. sic̃ scriptum est in ysaia pphã. Ecce mitto angelum meum aũt faciem tuã qui p̃parabit uiã tuã. aũt te. Vox clamãtis in deserto. parate uiam dñi. rectas facite semitas eius. fuit iohẽs in deserto baptizans. t ꝓdicans baptismũ penitẽtie in remissionẽ peccatorũ. et egrediebatur ad illũ oĩs iudee regio. et hierosolimite uniuersi. t baptizabãtur ab illo in iordane flumine confitentes peccata sua. Et erat iohẽs uestitus pilis camelorũ. t zona pellicea circa lumbos eius. t locustas et mel siluestre edebat. t ꝓdicabat dicẽs. Venit fortior me post me. cuius nõ sum dignus procidẽs soluere corrigiã calciamenti eius. Ego baptizaui uos aq̃a. ille uero baptizabit uos spũ scõ. Et factũ est in diebus illis uenit ihs a nazareth galilee. t baptizatus est a iordane ab iohãne. Et statim ascendẽs de aq̃a. uidit apertos celos. t spũm tãq̃m columbã descendentem. t manentem in ipso. et uox facta est de celis. Tu es filius meus dilectus. in te complacui. et statim spũs expulit eum in desertum. Et erat in deserto. xl. diebus. t xl. noctibus. t temptabatur a satana. et erat cum bestiis. t angeli ministrabant ei. Postq̃ aũt traditus est iohẽs. uenit ihs in galileam. ꝓdicans euangliũ regni. t dicẽs. Quia impletum est tempus. et appropinquauit regnum dei. penitemini. et credite euangelio.

Et p̃teriens secus mare galilee. uidit simonem t andream fratrem eius mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et ait eis ihs. Venite post me. et faciam uos fieri piscatores hominũ. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et p̃gressus inde pusillum. uidit iacobum zebedei. et iohannem fratrem eius. t ipsos in nauicula ponentes retia. Et statim uocauit eos. Et relicto patre suo zebedeo in nauicula cum mercenariis secuti sunt eum. Et ingrediuntur capharnaum. t statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. Et stupebãt super doctrina eius. Erat enim docens eos. quasi potestatem habens. t non sicut scribe. Et erat in synagoga eorum homo in spũ immundo. et exclamauit dicens. Ao nobis et tibi ihu nazarene. Venisti perdere nos. Scio quis sis tu sanctus dei. Et comminatus est ei ihs dicens. Obmutesce. et exi ab eo. Et discerpens eum spũs immundus. et exclamans uoce magna exiit ab eo. Et mirati sunt omnes ita ut quererent inter se dicentes. Quid nã est hoc. quod doctrina nua. quia potestate et spiritibus immundis imperat. et obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem galilee.

Et protinus egredientes de synagoga. uenerũt in domũ symonis et andree. cum iacobo et iohãne. Decubebat aũt socrus symonis febricitans. Et statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam. apprehensa manu eius. Et continuo dimisit eam febris. et ministrabat eis. Vespere aũt facto cum occidisset sol. afferebãt ad eum omnes male habentes. et eos qui demoniũ habebant. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuã. Et curauit multos qui uexabãtur uariis languoribus. et demonia multa eiciebat. et non sinebat ea loqui. quia sciebant eum. Et diluculo ualde surgens egressus abiit in desertum locum. ibique orabat. Et persecutus est eum symon. et qui cum eo erant. Et cum inuenissent eum dixerunt ei. quia omnes querunt te. Et ait illis. Eamus in proximos uicos. ut et ibi predicem. ad hoc enim uenio. Et erat predicans in synagogis eorum. et in omni galilea. et demonia eiciens.

Et uenit ad eum leprosus. deprecans eum. et genu flexo dixit. Si uis. potes me mundare. Iesus aũt misertus eius. extendit manum suam. et tetigit eum. et ait illi. Volo mundare. et cum dixisset. statim discessit a eo lepra. et mundatus est. Et comminatus est ei. Statimq; eiecit illum. et

ei. Vide nemini dixeris. sed vade ostende te ꝓncipi sacerdoti. et offer pro mundatione tua ꝙ ꝓcepit moyses in testimoniū illis. Ille egressus. cepit ꝓdicare et fabulari multa. ita ut ꝯ iam manifeste ihesum introire. sed foris in desertis locis ee. Et quidam ad eum undiq; et venerunt ad illum. et tollentes eum portabant in lectica hominem qui paralyticus erat. et cū non possent offerre eum illi ꝓpter turbam. discooperuerunt tectum ubi erat. et patefacto. demiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cū vidisset aūt ihs fidē illoꝝ. ait paralytico. fili. dimittuntur tibi peccata tua. Erant aūt quidam de scribis ibi sedentes. et cogitabant in cordibus suis. Quid hic sic loquitur blasphemat. quis pōt dimittere peccata nisi solus deus. Quo statim cognito ihs spiritu suo. quia sic cogitabant intra se. dixit illis. Quid ista cogitatis in cordibus vr̄is. quid ē facilius dicere paralytico dimittūtur tibi peccata. aut dicere surge tolle grabatū tuū et ambula. vr. aūt sciatis quia potestatē hꝫ filius hominis in terra dimittendi peccata. ait paralytico. tibi dico. surge tolle grabatū tuū. et vade in domū tuam. Et statim ille surrexit. et sublato grabato. abiit coram omnibus. ita ut admirarentur oēs. et honorificarent deū dicentes. quia nunquā sic vidimus.

Et egressus ē rursus ad mare. et omnis turba veniebat ad eum. et docebat eos. Et cū pertransiret vidit leui alphei sedentem ad theloneū. et ait illi. Sequere me. et surgens secutus ē eū. Et factū est cum accumberet in domo illius. multi publicani et peccatores simul discumbebant cū ihū. et discipulis ei. erant aūt multi qui et secuti erant eū. Et scribe et pharisei videntes quia manducat cū peccatoribus et publicanis dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis et peccatoribus manducat et bibit magr vr̄. Hoc audito ihs ait illis. non necesse habent sani medico. sed qui male hābent. Non ēnī venit iustos sed peccatores. Et erant discipuli iohānis et pharisei ieiunantes. et veniūt et dicūt illi. Quare discipuli iohānis et pharisei ieiunant. tui aūt discipuli non ieiunant. Et ait illis ihs. Nūquid possunt filii nuptiarū quando cum sponsus cū illis ē ieiunare. Quamdiu habent secū sponsum. non possunt ieiunare. Venient aūt dies. cū auferetur ab eis sponsus. et tūc ieiunabūt in illa die. Nemo autē assumentū pannū rudem assuit vestimento veteri. Alioquī auferet supplementū nouū a veteri. et maior scissura fit. Et nemo mittit vinū nouum in utres veteres. alioquin disrumpit vinū utres. et vinum effundetur. et utres pibent. sed vinum nouum in utres nouos mittendū est.

Et factū ē rursū cū sabbatis ambularet per sata. et discipuli eius cepere progredi et vellere spicas. Pharisei aūt dicebāt ei. ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis qd̄ non licet. Et ait illis. Nūquā legistis quid fecerit dauid cū necessitatē habuit et esurijt ipe. et qui cū eo erant. quō intrauit in domū dei. sub abiathar principe sacerdotū. et panes ꝓpositionis manducauit. quos non licebat manducare nisi sacerdotibus. et dedit eis qui cū eo erant. et dicebat eis. Sabbatū ꝓpter hominem factū ē. et non homo ꝓpter sabbatū. Itaq; dñs est filius hois. etiā sabbati.

Et intrauit rursū in synagogā. et erat ibi homo habens manū aridam. Et observabant eum si sabbatis curaret eum. ut accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridam. Surge in medium. Et dicit eis. licet sabbatis bene facere an malefacere. animā saluā facere an perdere. At illi tacebant. Et circūspiciens eos cū ira. contristatus sup cecitatē cordis eoꝝ. dicit homini. Extende manū tuā. Et extendit. et restituta est manus ei.

Et exeuntes aūt farisei statim cū herodianis. cōsilium faciebāt aduersus illum. quomodo eum perderēt. Et ihs cū discipulis suis secessit ad mare. Et multa turba a galilea. et a iudea secuta ē eū. Ab iherosolymis. et ab idumea. et trans iordanē. et qui circa tyrum et sydonē. multitudo magna audientes quę faciebat. venerūt ad eum. Et dixit discipulis suis ut nauicula sibi deseruiret ꝓpter turbam. ne comprimerēt eū. ita enim curabat. ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot habebant plagas. Et spūs immundi cū illum videbant procidebant ei. et clamabāt dicentes. quia tu es filius dei. Et ipe increpabat eos. ne manifestum eum facerent. Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipe. Et venerunt ad eum. et fecit ut essent vnus cū illo. et ut mitteret eos prędicare et habere potestatem curandi infirmitates. et eiciendi dēmonia. Et imposuit symoni nomen petrum. et iacobum zebedei. et iohēm fratrem iacobi. et posuit eis nomina boanerges. quę est filii tonitrui. et andream. et philippum. et bartholomeum. et matheum. et thomam. et iacobum alphei. et thaddeum. et symonem chananeum. et iudam scarioth. qui et tradidit eum. Et veniūt in domum. et conuenit iterum turba. ita ut nec panem quidem manducare possent. Et cū audissent sui. exierunt tenere eum. dicebant enim quia in furore uertit ē. Et scribe qui ab hierosolymis descenderant. dicebant quia beelzebub habet. et quia in principe dēmoniorum eiicit dēmonia. Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis. quomodo pōt satanas satanā eicere. Et si regnum in se diuidatur. nō pōt stare regnum illud. Et si domus in se ipsam dispertiatur. nō poterit domus illa stare. Et si satanas cōsurrexerit in semetipm. diuisus ē. nec potest stare. sed finē habet. Nemo pōt in fortis ingressus in domū diripere. nisi prius fortē alliget. et tunc domum eius diripiet. Amen dico vobis quia omnia dimittetur filiis hominū peccata et blasphemię quibus blasphemauerint. Qui aūt blasphemauerit in spm scm. non habet remissionem in eternum. sed reus erit eterni delicti. quia dicebant. spm immundum habet. Et veniūt mater eius et fratres eius. et stantes miserunt ad eum vocantes eum. Et sedebat circa eum turba. Et dixerunt ei. ecce mater tua. et fratres tui foris stant quērunt te. Et respondit eis. et ait. quis est mater mea. et fratres mei. Et circūspiciens eos qui in circuitu eius sedebant. ait. ecce mater mea et fratres mei. Quicumq; fecerit voluntatem dei. hic frater meus et soror mea. et mater est.

Et cepit docere ad mare. Et congregata ē ad eum turba multa. ita ut nauem ascendens sederet in mari. et omnis turba circa mare super terram erat. Et docebat illos in parabolis multa. et dicebat illis in doctrina sua. Audite. ecce seminans exiit ad seminandum. Et dum seminat. aliud cecidit circa viam. et venerunt volucres et comederunt illud. Aliud cecidit super petrosa. ubi non habuit terram multam. et statim exortum est. quia non habebat altitudinem terre. Et cū exortus ē sol exestuauit. et quia radicem habebat aruit. Et aliud cecidit in spinas. et ascenderunt spine. et suffocauerunt illud. et fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam. et dabat fructum ascendentem et crescentem. et afferebat unum triginta. et unum sexaginta. et unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cū esset solus. interrogauerunt eum hi qui cum eo erant. cum parabolam. Et dicebat eis. Vobis datum ē scire mysterium regni dei. illis aūt qui foris sunt. in parabolis omnia fiunt. ut videntes videant. et non videant. et audientes audiant. et non intelligant. nequando conuertantur. et dimittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolam hanc. et quomodo omnes parabolas cognoscetis. Qui seminat verbum seminat. Hi aūt sunt qui circa viam. ubi seminatur verbum. Et cū audierint. confestim venit satanas. et aufert verbum quod seminatum ē in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur. qui cum audierint verbum. statim cum gaudio accipiunt illud. et non habent radicem in se. sed temporales sunt. deinde orta tribulatione et persecutione ꝓpter verbum. confestim scandalizantur. Et alii sunt qui in spinis seminantur. Hi sunt qui verbum audiunt. et erumpnę seculi. et deceptio diuitiarum. et circa reliqua concupiscentię intrantes

unter ſuffocantur ⁊ fructũ non affert. Et hi ſũt qui ſũt ſup petrã ſeminati ſunt. qui audiũt ⁊ cũ gaudio ſuscipiunt verbũ hoc ⁊ hi radices non habent. qui ad tẽpus credunt ⁊ in tẽpore tẽptationis recedunt. Quod autẽ in spinis cecidit hi ſunt qui verbũ audierunt ⁊ a ſollicitudinibus ⁊ diuitijs ⁊ uoluptatibus uite euntes suffocantur ⁊ non referunt fructum. Quod autẽ in bonam terrã hi ſunt qui in corde bono ⁊ optimo verbũ audientes retinent ⁊ fructum afferunt in patientia. Nemo autẽ lucernã accendens operit eã uase aut subtus lectum ponit. sed ſuper candelabrum ut intrantes uideant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur. nec factum est occultum ſed ut in palam ueniat. Videte ergo quomodo audiatis. Quicunque enim habuerit dabitur illi. ⁊ quicunque non habuerit etiam quod putat se habere auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei. ſicut ſi homo iactet semen in terrã ⁊ dormiat. et exurgat nocte ac die. et ſemen germinet ⁊ crescat. dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat. primum herbam. deinde spicam. deinde plenum frumentum in spica. Et cum prodierit fructus. ſtatim mittit falcem. quoniam adeſt meſſis. Et dicebat. Cui aſſimilabimus regnum dei. aut cui parabolę comparabimus illud. Sicut granum ſinapis. quod cum seminatum fuerit in terra. minus est omnibus ſeminibus que ſunt in terra. Et cum ſeminatum fuerit ascendit ⁊ fit maius omnibus holeribus. ⁊ facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra eius habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis. prout poterant audire. Sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem discipulis ſuis diſſerebat omnia. Et ait illis illa die cum ſero esset facto. Transeamus contra. Et dimittentes turbam assumunt eum sicut erat in nauicula. Et alie nauiculę erant cum illo. Et facta est procella magna uenti. ⁊ fluctus mittebat in nauim. ita ut iam impleretur nauis. Et erat ipse in puppi ſuper cervical dormiens. Et excitant eum ⁊ dicunt ei. Magister non ad te pertinet quia perimur. Et exurgens cominatus est uento. Et dixit mari. Tace obmutesce. Et cessauit uentus. Et facta est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid timidi estis. Nondum habetis fidem. Et timuerunt timore magno. Et dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste. quia et uentus ⁊ mare obediunt ei. Et uenerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de naui. statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo. qui domicilium habebat in monumentis. Et neque catenis iam quisquam poterat eum ligare. eo quod sepe compedibus ⁊ catenis uinctus. diruptas a me catenas. ⁊ compedes comminutas. nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumentis ⁊ in montibus erat. clamans ⁊ concidens se lapidibus. Videns autem Ihesum a longe. cucurrit ⁊ adorauit eum. ⁊ exclamans uoce magna dixit. Quid mihi ⁊ tibi fili dei altissimi ihesu. adiuro te per deum. ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus immunde de homine. Et interrogabat eum. Quid tibi nomen est. Et respondit ei. Legio michi est nomen. quia multi sumus. ⁊ deprecabatur eum multum ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Et deprecabatur eum dicentes. Mitte nos in porcos. ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Ihesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos. Et impetu grex precipitatus est in mare. ad duo milia. et suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos fugerunt ⁊ nunciauerunt in ciuitatem ⁊ in agros. Et exierunt uidere quid esset factum. Et uenerunt ad Ihesum. ⁊ uident eum qui a demonio uexabatur sedentem. uestitum ⁊ sana mente eum qui habuit legionem. Et timuerunt. Et narrauerunt illis qui uiderant. qualiter factum esset illi qui a demonio uexabatur. et de porcis. Et rogare eum ceperunt ut discederet a finibus eorum. Cum ascenderet nauim. ait illi uir a quo ejecerat demonia. ut cum illo esset. Et non admisit eum. sed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos. ⁊ nuncia illis. Quanta tibi dominus fecerit. ⁊ misertus sit tui. Et abiit. Et cepit predicare in decapoli quanta fecisset illi Ihesus. Et omnes mirabantur.

Et cum transcendisset Ihesus in naui rursus trans fretum. Et congregata est turba multa ad eum. Et erat circa mare. Et uenit quidam de archisynagogis. nomine Iairus. Et uidens eum procidit ad pedes eius. Et deprecabatur eum multum dicens. Quia filia mea in extremis habet. ut ueniens imponas manum super eam. ut ſalua ſit ⁊ uiuat. Et abiit cum illo. Et ſequebatur eum turba multa. Et comprimebant illum. Et mulier quedam erat in profluuio ſanguinis annis. xii. ⁊ que multa passa fuerat a multis medicis. et erogauerat omnia sua. nec quicquam profecerat. ſed magis deterius habebat. Cum audiſſet de Ihesu. uenit in turba retro. ⁊ tetigit uestimentum eius. Dicebat enim quia ſi uestimenta eius tetigero. ſalua ero. Et confeſtim siccatus est fluxus ſanguinis eius. ⁊ ſensit corpore quia sanata est a plaga. Et statim Ihesus cognoscens in semetipso uirtutem de se exisse. conuersus in turba dixit. Quis tetigit uestimenta mea. Et dicebant ei discipuli eius. Videſ turbam comprimentem te. ⁊ dicis quis me tetigit. Et circumspiciebat uidere eam quę hoc fecerat. Mulier autem timens ⁊ tremens. sciens quod sibi factum esset. uenit ⁊ procidit ante eum. ⁊ dixit ei omnem ueritatem. Ihesus autem dixit ei. Filia. fides tua te saluam fecit. uade in pace. Et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente uenit ad principem archisynagogi dicentes. Quia filia tua mortua est. quid ultra uexas magistrum. Ihesus autem statim audito uerbo quod dicebatur. dixit archisynagogo. Noli timere. tantummodo crede. Et non admisit quemquam sequi se. nisi Petrum ⁊ Iacobum. ⁊ Iohannem fratrem Iacobi. Et uenit in domum archisynagogi. Et uidet tumultum. et flentes ⁊ ululantes multos. Et ingressus ait illis. Quid turbamini ⁊ ploratis. puella non est mortua. ſed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibus. assumit patrem puelle et matrem. et eos qui secum erant. Et ingreditur ubi puella erat iacebat. Et tenens manum puelle ait illi. Talitha cumi. quod est interpretatum. puella tibi dico surge. Et confeſtim surrexit puella ⁊ ambulabat. erat autem annorum. xii. Et obstupuerunt stupore magno. Et precepit illis ne cui hoc dicerent. Et iuſſit dari illi manducare.

Et egressus inde abiit in patriam suam. Et sequebantur illum discipuli sui. Et facto sabbato. cepit in synagoga docere. Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia. Et quę est ſapientia quę data est illi. ⁊ huiusmodi uirtutes per manus eius efficiuntur. Nonne iste est faber. filius Marie. frater Iacobi et Ioseph. ⁊ Iude et Symonis. Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis Ihesus. Quia non est propheta sine honore. nisi in patria sua et in domo sua. ⁊ in cognatione sua. ⁊ non potest ibi uirtutem ullam facere. nisi paucis infirmis impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Et circumibat castella in circuitu docens. Et ingressus. ⁊ cum ingressus esset Herodes in domum. ⁊ Herodias cum filia eius saltauit. ⁊ placuit Herodi simulque discumbentibus. rex ait puelle. Pete a me quod uis. ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi. Quicquid petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam a illa dixit. At illa dixit. Caput Iohannis baptiste. Et introiens statim cum festinatione ad regem. petiit dicens.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

volo ut ꝑ tuos dcā michi i disco caput iohīs baptiste. Et contristatus est rex ꝓpter iusiurandū et ꝓpter simul discūbentes. noluit eam contristare. ⁊ misso spiculatore precepit afferri caput eius in disco. et decollauit eū i carcere. ⁊ attulit caput eius in disco. ⁊ dedit illud puelle. ⁊ puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius uenerunt ⁊ tulerunt corpus eius. ⁊ posuerunt illud i monumento.

Et congregantes se apli ad iesum. renūtiauerūt illi oīa q̄ egerant. ⁊ docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in desertū locū. ⁊ requiescite pusillū. Erant enī q̄ uenie bant. ⁊ redibant multi. ⁊ nec manducandi spatiū habebant. Et ascendentes nauim. abierunt i desertū locū seorsum. Et uidēt eos abeūtes. ⁊ cognouerūt multi. ⁊ pedestres de oībus ciuitatibus cucurrerunt illuc. ⁊ p̄uenerunt eos. Et exiēs uidit multā turbā. ⁊ misertus est super eos. q̄ erant sicut oues nō habētes pastorē. ⁊ cepit docere illos multa. Et cū iā hora multa fieret. accesserūt discipuli eius dicētes. Desertus est locus hic. ⁊ iā hora p̄terijt. dimitte illos ut eūtes i p̄xima castella. ⁊ uicos. emant sibi cibos quos manducent. Et ꝑ ndens ait illis. Date illis uos manducare. Et dixerunt ei. euntes emamus denarijs ducentis panes. ⁊ dabimus eis manducare. Et dicit eis. Quot panes habetis? ite ⁊ uidete. Et cū cognouissent dicūt. v. Et duos pisces. Et p̄cepit illis ut accumberent oēs secundū contubernia super uiride fenum. Et discubuerunt in partes. centenos. ⁊ quinquagenos. Et accepit. v. panes. ⁊ duos pisces. i tuens i celū benedixit. ⁊ fregit panes. ⁊ dedit discipulis suis ut ponerent ante eos. ⁊ duos pisces diuisit oībus. Et manducauerunt oēs. ⁊ saturati sunt. Et sustulerūt reliquias fragmentoꝝ. xii. cophinos plenos. ⁊ de piscibus. Erant aūt qui manducauerunt. v. milia uirorū. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim ut p̄cederent cōtra fretū ad bethsaidam. dū ipe dimitteret plebē. Et cū dimisisset eos abijt i montem oꝛare. Et cū sero fuisset. erat nauis in medio mari. ipe solus terra. Et uidēs eos laborantes in remigando. erat enī uentus contrarius eis. Et circa quartā uigiliam noctis uenit ad eos ambulans super mare. ⁊ uolebat p̄terire eos. Illi aūt ut uiderunt eum ambulantē super mare. putauerunt phantasma esse. ⁊ exclamauerunt. omnes enī eum uiderunt. ⁊ turbati sunt. Et statim locutus est cū eis. ⁊ dixit illis. Confidite ego sum. nolite timere. Et ascendit ad illos in nauem. Et cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant. nondum enim intellexerant de panibus. erat enim cor illoꝝ obcecatum. Et cū transfretassent. uenerunt in terrā genesar. Et applicuerunt. Et cū egressi essent de nauigio. cognouerunt eum. Et circūcurrentes uniuersam regionē illam. ceperunt i grabatis eos qui se male habebāt circūferre. ubi audiebant eum esse. Et quocūq; introibat i uicos. i uillas. aut i ciuitates. in platheis ponebant infirmos. ⁊ deprecabātur eum. ut uel fimbriam uestimēti eius tangerent. Et quot quot tangebant eum. salui fiebant.

Et conueniūt ad eū pharisei. et quidā de scribis uenientes ab hierosolymis. Et cū uidissent quosdā ex discipulis eius cōmunibus. i. nonlotis manibus manducare panes. uituperauerunt. pharisei enī et oēs iudei. nisi crebro lauerint manus. nō manducāt. tenentes traditiones seniorum. ⁊ a foro nisi baptizentur. nō manducant. Et alia multa sunt q̄ tradita sunt illis seruare baptismata calicioū. urceoꝝ. et eramentoꝝ. et lectoꝝ. Et interrogabant eum scribe et pharisei. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum. sed cōmunibus manibus manducāt panem? Ille aūt respondens dixit eis. Bene prophetauit ysaias de uobis ypocritis sicut scriptū est. Populus hic labiis me honorat. cor aūt eorum longe est a me. Frustra aūt me colūt. docentes doctrinas ⁊ p̄cepta hominū. Relinquentes enī mandatū dei. tenetis traditionem hominū. Baptismata urceoꝝ. ⁊ calicū. ⁊ alia similia huiusmodi multa facitis. Et dicebat illis. Bene irritū facitis p̄ceptū dei. ut traditionem uestram seruetis. Moyses enī dixit. Honora patrem tuū et matrem tuā. Et qui maledixerit patri aut matri. morte moriatur. Vos aūt dicitis. Si dixerit homo patri aut matri. Corban. q̄ est donū quodcūq; ex me tibi fuerit. et ultra nō dimittitis eum quicquā facere patri aut matri. rescindentes uerbū dei per traditionem uestram quam tradidistis. ⁊ similia huiusmodi multa facitis. Et conuocatā iterū turbā dicebat illis. Audite me omnes ⁊ intelligite. Nichil est extra hominem introiens in eum quod possit eum coinquinare. sed quae de homine procedunt illa sunt que coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi. audiat. Et cū introisset domum a turba. interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis. Sic et uos imprudentes estis? nō intelligitis quoniam omne extrinsecus introiens in hominem. nō potest eum coinquinare. quia nō intrat in cor eius. sed in uentrem. et in secessum exit. purgans omnes escas. Et dicebat. aūt. quoniam de homine exeunt. illa coinquinant hominem. Abintus enī de corde hominū cogitationes male procedūt. adulteria. fornicationes. homicidia. furta. auaritia. nequitie. dolus. impudicitia. oculus malus. blasphemia. superbia. stultitia. Omnia hec mala abintus procedūt. et coinquinant hominem. Et inde surgens abijt in fines tyri et sydonis. Et ingressus domū. neminem uoluit scire. et nō potuit latere. Nam audiens mulier cuius habebat filiam spiritum immundum. statim uenit et procidit ad pedes eius. Erat aūt mulier gentilis. syrophenissa genere. Et rogabat eum ut dēmonium eiceret de filia eius. Et dixit illi. Sine prius saturari filios. non est enim bonum sumere panem filiorum. et mittere canibus. Illa aūt respondit. et dixit ei. Etiam domine. Nam et catelli sub mensa comedunt de micis puerorum. Et ait illi ꝓpter hunc sermonem. uade. exijt demonium de filia tua. Et cum abisset domum suam. inuenit puellam iacentem super lectum. et demonium exisse.

Et iterū exiens de finibus tyri. uenit per sydonem ad mare galilee. inter medios fines decapolos. Et adducunt ei surdum et mutum. et deprecantur eum ut i ponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum. misit digitos suos in auriculas eius. et exspuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in celum. ingemuit. ⁊ ait illi. Effeta. q̄d est. adaperire. Et statim apte sunt aures eius. Et solutum est uinculum linguae eius. Et loquebatur recte. Et p̄cepit illis ne cui dicerent. quanto aūt eis ipse precabat. tanto magis plus predicabant. Et eo amplius admirabātur dicētes. Bene oīa fecit. et surdos fecit audire. et mutos loqui.

In illis diebus. iterū cū turba multa esset. et nō haberent quod manducarent. conuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbā. quia ecce iā triduo sustinent me. nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suā. deficient in uia. quidā aūt eorum de longe uenerāt. Et respondebant ei discipuli sui. Vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogabat eos. Quot panes habetis? at illi dixerunt. vii. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiens. vii. panes. gratias agens fregit. ⁊ dabat discipulis suis ut apponerent. Et apposuerunt. Et habebant pisciculos paucos. Et ipos benedixit. Et iussit apponi. Et manducauerunt. Et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis. vii. sportas. Erant aūt qui manducauerūt. quasi quattuor milia. Et dimisit eos. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis. uenit in partes dalmanutha.

Et exierunt pharisei. et ceperunt ogrē cū eo. quērentes ab illo signū de celo. tentantes eū. Et ingemiscens spū ait. Quid generatio hec querit signum? Amen dico uobis. si dabitur generationi huic signum. Et dimittens eos. ascendit iterū nauem. Et abijt trans fretum. Et obliti sunt discipuli eius sumere panes. nisi panem tecum non habebant in naui. Et precipiebat eis dicens. Videte. Et cauete a fermento pharisęoꝝ. ⁊ fermento herodis. Et cogitabant ad inuicem dicentes. q̄ panes nō habemus. Quo cognito. dicit eis. Quid cogitatis quia panes nō habetis? nondum cognoscitis? nec intelligitis? Adhuc cecatum habetis cor uestrum? Oculos habentes non uidetis? et aures habentes non audiatis? nec recordamini. quando quinque panes fregi in. v.

mitia. et quot cophinos fragmentoꝝ plenos sustu
listis dixit ei. x.u. qui septē panes in quattuor mi
lia. quot sportas fragmentoꝝ sustulistis. et dixit ei. Vi
et dicebatur ei. Quomodo non dū intelligitis?
Et uenerunt bethsaidā. et adducunt ei cecum. et rogabāt
eum. ut illum tangeret. et apprehēdēs manu cecum edu
xit eū extra uicū. Et exspuēs in oculos eius. i posuit ma
nus suas. interrogauit eum si aliquid uideret. et aspi
ciens ait. Video homines uelut arbores ambulantes. Deī
de iterū posuit manus sup oculos eius. et cepit uidē.
et restitutus est. ita ut uideret clare oīa. et misit illū
in domū suā dicēs. Vade in domū tuā. et si in uicū intraueris
nemini dixeris.
Et egressus est Iesus et discipuli eius in castella cesaree p
hylippi. et in uia interrogabat discipulos suos dicēs
eis. Quem me dicūt esse homines? At illi dixerūt illi dicētes.
Alii iohannem baptistā. Alii heliam. Alii ieremiā. Alii
quasi unū exprophetis. Tunc dicit illis. Vos uō quē me dici
tis esse? Respondens petrus ait ei. Tu es xps filius dei uiui. Et cō
minatus est eis ne cui dicerēt de illo. et cepit docere illos.
quia oportet filiū hominis multa pati. et reprobari a seniori
bus et a summis sacerdotibus et scribis et occidi. et post tres di
es resurgere. Et palam uerbū loquebatur. Et apprehendēs
eum petrus cepit increpare. Is cōuersus et uidens discipu
los suos comminatus est petro dicens. Vade retro me sa
thana. quia non sapis ea que dei sunt. sed ea que sunt hominū.
Et conuocata turba cum discipulis suis dixit eis. Si quis
uult me sequi. deneget semetipsum. et tollat crucē suam
et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluā facere
perdet eā. Qui autē perdiderit animā suā propter me. et euāge
lium saluam faciet eā. Quid enim prodest homini si lucretur mundū totum.
et detrimentum faciat animē sue. Aut quā dabit homo commutationē
pro anima sua? Qui enim me confusus fuerit et
meos hos in generatione ista adultera et peccatrice. et filius
hominis confundet eum cum uenerit in gloria patris sui cum an
gelis sanctis.
Et dicebat illis. Amen dico uobis. quia sunt quidā de hic stantibus
qui non gustabunt mortē donec uideant regnū dei ue
niens in uirtute. Et post dies sex. assumit iesus petrum iacobum et iohannem. et ducit illos in montem excel
sum seorsum solos. et transfigurat is est coram ipsis. Et
uestimenta eius facta sunt splendentia. candida nimis u
elut nix. qualia fullo super terram non potest candida facere.
Et apparuit illis helias cum moyse. et erant loquentes cum
iesu. Et respondens petrus ait iesu. Rabbi. bonum est nos hic es
se. et faciamus tria tabernacula. tibi unum et moysi unum
et helie unum. non enim sciebat quid diceret. erant enim timo
re exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos. Et uenit
uox de nube dicēs. Hic est filius meus dilectus. ipsum audite.
Et statim circumspicientes. neminem amplius uiderunt nisi iesum tantum secum solum. Et descendentibus illis de
monte precepit illis. ne cui quā narrarent. quę
cū uidissent. nisi cum a mortuis resurrexerit. Et uerbum tenue
runt apud se. conferentes quid esset cum a mortuis resurrexisset. Et interro
gabant eum discentes. Quid dicunt pharisei et scribe quia
helias oportet ueniat primum? At ipse respondens ait illis. Helias cum
uenerit primo restituet omnia. Et quo scriptum est in filium hominis.
ut multa patiatur et contemnatur. Sed dico uobis. quia et he
lias uenit. et fecerunt illi quecunque uoluerunt. sicut scriptum est
de eo.
Et uenientes ad discipulos suos. uidit turbam magnam cir
ca eos. et scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus
uidens eum stupefactus est. et expauerunt. et accurrentes
salutabant eum. Et interrogauit eos. Quid inter uos conquiritis?
Et respondens unus de turba dixit. Magister. attuli filium meum ad
te habentem spiritum mutum. Qui ubicunque eum apprehenderit. allidit eum et
spumat. et stridet dentibus et arescit. Et dixi discipulis tuis.
ut eicerent illum. et non potuerunt. At ipse respondens ait. O generatio
incredula. quamdiu apud uos ero. quamdiu uos patiar? Afferte
illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum uidisset illum. statim
spūs conturbauit eum. et elisus in terra. uolutabatur spumans.
Et interrogauit patrem eius. Ex quo tempore est ei quod hoc ei
accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum et in igne

et in aquas misit. ut eum perderet. Sed si quid potes. adiuua
nos misertus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere. omnia
possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans puer cum
lacrymis dixit. Credo domine. Adiuua meam incredulitatem. mei.
Et cum uidisset Iesus concurrentem turbam. comminatus est
spiritui immundo dicēs illi. Surde et mute spiritus. ego ti
bi precipio exi ab ea et amplius ne introeas in eum. Et exclamans
et multum discerpēs eum. exiit ab eo. Et factus est quasi mortuus. ita ut multi dicerent quia mortuus est. Iesus autem tenens
manum eius eleuauit illum. et surrexit. Et cum introisset in do
mum. discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non
potuimus eicere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo po
test exire. nisi in oratione et ieiunio.
Et inde profecti. pretergrediebantur galileam. nec uolebat
aliquem cognoscere. Docebat autem discipulos suos. et dicebat eis. Quia filius hominis traditur in manus hominum. et occident eum. Et occisus tertia die resurget. At illi ignorabant
uerbum et timebant eum interrogare. Et uenerunt capharnaum. Et cum domi esset. interrogabat eos. Quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in uia disputabant
quis eorum esset maior. Et residens uocauit xii. et ait illis.
Si quis uult primus esse. erit omnium nouissimus. et eius
omnium minister. Et accipiens puerum. statuit eum in me
dio eorum. Quem cum complexus esset. ait illis. Quicunque unum
ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit. Et
qui cunque me susceperit. non me suscipit. sed eum qui me mi
sit.
Respondit illi iohannes dicēs. Magister uidimus quendā in nomine
tuo eicientem demonia. qui non sequitur nos. et prohibu
imus eum. Ihesus autem ait. Nolite prohibere eum. Non est enim
qui faciat uirtutem in nomine meo. et possit cito male loqui de
me. Qui enim non est aduersum uos. pro uobis est. Quicunque enim
potum dederit uobis calicem aque in nomine meo. quia xpi
estis. Amen dico uobis. non perdet mercedem suam. Et quicunque
scandalizauerit unum ex pusillis credentibus in me. bo
num est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius.
et in mare mitteretur. Et si scandalizat te manus tua.
abscide illam. bonum est tibi debilem introire in uitam quam duas
manus habentem ire in gehennam. in ignem inextinguibi
lem. ubi uermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te. amputa illum. bonum
est claudum introire in uitam eternam. quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis. inextinguibilem. ubi uermis
eorum non moritur. et ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te. eice eum. bonum est tibi unoculo introire in regnum
dei quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ubi uermis
eorum non moritur. et ignis non extinguitur. omnis enim igne
salietur. et omnis victima sale salietur. bonum est sal. Si ergo sal ma
luerit fuerit. in quo illud condietis? habete in uobis sal. et pace
habete inter uos.
Et inde exurgens. uenit in fines iudee. ultra iordanem.
Et conueniunt iterum turbe ad eum. et sicut consueuerat. iterum do
cebat illos. Et accedentes pharisei. interrogabant eum. si licet
uiro uxorem dimittere? tentantes eum. At ille respondens ait illis.
Quid uobis precepit moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit
libellum repudii scribere. et dimittere. Quibus respondens ihesus
ait. Ad duritiam cordis uestri. scripsit uobis preceptum istud.
Ab initio autem creaturę. masculum et feminam fecit eos deus. Propter
hoc relinquet homo patrem et matrem. et adherebit ad
uxorem suam. et erunt duo in carne una. Itaque iam non
sunt duo sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non
separet. Et in domo iterum discipuli eius. de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis. Quicunque dimiserit uxorem
suam et aliam duxerit. adulterium committit super eam. Et si uxor
dimiserit uirum suum. et alii nupserit. mechatur. Et offerebant illi parulos ut tangeret illos. Discipuli autem cum
increpabant offerentibus. Quos cum uideret Ihesus indigne tulit.
et ait illis. Sinite parulos uenire ad me. et ne prohibueritis eos. talium est enim regnum
dei. Amen dico uobis quicunque non receperit regnum dei
sicut parulus. non intrabit in illud. Et complexans
eos. et imponens manus super illos. benedicebat eos.
Et cum egressus esset in uiam. procurrens quidam genu flexo
ante eum. rogabat eum. Magister bone. quid faciam ut uitam ae
ternam possideam? Ihesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum?

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nō vnus eārū unus esset. Coepit nostre ne. adulterel. n
necrel. ne furetl. ne falsū testimoniū dixerit. ne fra
udē fecerit. honora patrē tuū r matrē. Ille respōs.
ait illi. magr. hec oīa custodiui a iuuentute mea. Jhūs est
intuitus eum. dilexit eū. r dixit ei. unū tibi deest. Va
de q̄cūq; habes uende. r da pauperib. r habebis thesau
rum i celo. r ueni sequere me. qui cōtristatus in uerbo abiit
merens. erat enī hīs possessionē multā. et ait ad
discipulos suos. q̄ difficile qui pe
cunias hīt regnū dī introibunt. Discipuli autem
obstupescebant i uerbis eius. At ihūs rursū respōdens. ait illis.
filioli quā difficile ē confidentes in pecunijs regnū dī introire.
facilius est camelū p foramē acus transire. quā diuē i regnū
dī. qui magis admirabātur dicentes. ad semetip
sos. et q̄s pōt saluus fieri. et intuens illos ihūs ait. Apud
homines impossibile est. sed nō apud deū. oēa possibilia sunt
apud deū. Ait illi petrus cepit dicere. ecce nos dimisimus
oīa et secuti sumus te. Respōdens ihūs ait. Amēn dico uobis. ne
mo est qui reliquerit domum. aut fratres aut sorores. aut
patrem. aut matrem. aut filios aut agros p̄pter me. et
p̄p euāgliū. qui nō accipiat cētuplū. nunc in tēpore hoc.
domos et fratres. et sorores et matres. et filios et agros cū per
secutionib. et in seculo futuro uitā eternā. Multi au
tem erūt primi nouissimi. et nouissimi primi.

Erant aut in uia ascendentes hierosolymā. et ihūs p̄cede
bat illos suos. et stupebant. et sequentes timebant. et as
sumens iterū. xii. cepit illis dicere q̄ cepit ei uenturū. quia
ecce ascendimus hierosolymā. et filius hīs tradetur principi
bus sacerdotū. et scribis. et seniorib. et damnabūt eum mor
te. et tradēt eū gentibus et illudēt ei. et cōspuēt eū. et fla
gellabunt eum. et occidēt eū. et die tertia resurget. Et accedunt ad eū iacob et ioānes filii ze
bedei. dicentes. magr. uolumus ut quecūq; petierimus fa
ciat nobis. At ille dixit eis. quid uultis ut faciā uobis.
Et dixerunt. da nobis ut sedeamus unus ad dexterā tuā. et alius ad sinis
trā tuā in gloria tua. Jhūs aut ait eis. Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo. aut baptis
mo quo ego baptizor baptizari. At illi dixerūt ei. Possu
mus. Jhūs aut ait eis. Calicem quidem quē ego bibo bi
betis. et baptismo quo ego baptizor baptizabimini.
Sedere aut ad dexterā meā. vel ad sinistrā. non est meum
dare uobis. sed quibus paratū est. a patre meo. Et audientes
decem ceperunt indignari de iacobo et ioāne. Jhūs
aut uocatis eos ait illis. Scitis quia hi qui uidentur
principari gentibus dominantur eis. et principes eorū
potestatem habent super eos. Non ita est aut in uobis. sed
quicūq; uoluerit fieri maior. erit ur minister. et qui
cūq; uoluerit uestrum primus esse. erit omnium seruus. nā
et filius hīs nō uenit ut ministretur ei. sed ut ministret. et det
animā suā redēptionē p multis.

Et uenerūt iericho. et p̄ficiscente eo de iericho. et di
scipulis eius. et plurima multitudine. filius timei bar
timeus cecus. sedebat iuxta uiam mendicans. Et cū
audisset quia ihūs nazarenus est. cepit clamare. et di
cere. fili dauid ihū. miserere mei. Et comminabā
tur ei multi ut taceret. At ille multo magis clamabat.
fili dauid miserere mei. Et stans ihūs iussit illum
uocari. Et uocant cecum dicentes ei. Animā equior esto.
surge. uocat te. qui projecto uestimento suo. exiliens
uenit ad eum. Et respondens ihūs dixit illi. Quid uis faciam
tibi. Cecus aut ait illi. Rabboni. ut
uideam. Jhūs aut ait illi. Vade. fides tua te saluum
fecit. Et confestim uidit. et secutus est eum in uia.

Et cum appropinquarent hierosolymis et bethanie ad mon
tem oliueti. mittit duos ex discipulis suis. et ait illis. I
te in castellū q̄ contra uos est. et statim introeuntes illuc in
uenietis pullum ligatū. super quē nūq̄ adhuc hominū
sedit. Soluite illum et adducite. Et si quis uobis dixe
rit. quid facitis hoc. dicite quia dominus eius opus habet. et
statim illum dimittet huc. Et abierunt et inuenerunt
pullum ligatū ante ianuā foris in biuio. et solue
unt eum. Et quidam de illic stantib. dicebant illis. Quid fa
citis solucntes pullum. qui dixerunt eis sicut precepe
rat illis ihūs. Et dimiserunt eos. Et adduxerunt pul
lum ad ihūm. et imponunt ei uestimenta sua. et sedit
super eum. Plurimi autem uestimenta sua strauerunt in
uia. Alii autē frondes cedebant de arboribus. et sternebāt
in uia. Et qui precedebant. et qui sequebantur clamabant
dicentes. Osanna benedictus qui uenit in nōie dñi. Be
nedicta q̄ uenit regnū patris nr̄i dauid. Osanna in excel
sis.

Et introiuit hierosolymā in templū. Et circūspectis oīb. cū
iam uespera esset hora. exiit in bethaniā cū xii. Et alia
die cū exirent a bethania. esuriit. Et cū uidisset a lon
ge ficū habentē folia. uenit si quid forte inueniret in
ea. Et cū uenisset ad eā. nichil inuenit p̄ter folia. nā
non erat tempus ficoꝝ. Et ihūs dixit ei. Jam non
amplius in eternū ex te quisquā fructū edat in manducet.
Et audiebant discipuli eius. Et uenerunt hierosolymā
Et ihūs cū introisset in templū. cepit eicere uendentes
et ementes in templo. Et mensas nummulariorū. Et cathe
dras uendentiū columbas euertit. Et nō sinebat ut quis
quā transferret uas per templū. Et docebat. dicēs. Nō
ne scriptū ē. quia domus mea domus orationis uocabit
omnibus gentibus. Vos aut fecistis illam spe
luncā latronū. Quo audito principes sacerdotū et scri
be. quērebant quo modo eū perderēt. timebāt enim
eū. quia uniuersa turba admirabatur super doctrina
eius. Et cū uespere fieret egrediebatur ciuitatē. Et cū mane transirēt. uiderunt ficū aridā factam
radicitus. Et recordatus petrus dicit ei. Rabbi. ecce
ficus cui maledixisti. aruit. Et respondens ihūs ait illis.
Habete fidem dei. Amēn dico uobis. quicūq; dixerit mon
ti huic tollere. et mittere in mare. et nō hesitauerit
in corde suo. sed crediderit. quia quod dicit fiat. fiet ei. quicquid
dixerit uobis. oīa q̄cūq; orantes petitis. credite quia accipietis. et fiet uobis. Et cum
stabitis ad orationē. dimittite si quid habetis aduersus
aliquē. ut et pat̄ ur qui in cēlis ē dimittat uobis pec
cata uestra. Quod si uos non dimiseritis nec pat̄ ur qui
in cēlis est dimittet uobis peccata uestra.

Et uenerunt rursus hierosolymā. Et cū ambularet in tem
plo. accedunt ad eū summi sacerdotes et scribe. et seniores
et dicunt ei. In qua potestate hec facis. aut quis tibi dedit ho
nc potestatem ut hec facias. Jhūs aut respōdens ait illis. In
terrogabo uos. et ego unū uerbū. et respondete mihi.
et dicā uobis in qua potestate hec faciā. Baptismum ioh
annis de celo erat. an ex hōib. respondete mihi. At illi co
gitabant secū dicentes. Si dixerimus de celo. dicet
nobis. quare ergo nō credidistis ei. Si autem dixerimus ex hōi
bus timemus turbā. omnes enī habebant iohēm. quia
uere p̄pha erat. Et respondentes dicūt ihū. Nescimus. Respon
dens p̄phā ait illis. Neq; ego dico uobis in qua potestate hec faciā
illis. Et cepit illis in parabolis loq. Vineā plantauit hō. et circū
dedit sepem. et fodit lacum. et edificauit turrim. et locā
uit eā agricolis. et peregre profectus est. Et misit ad agri
colas in tempore seruū. ut ab agricolis acciperet de fruc
tu uineę. qui apprehensū eum ceciderunt. et dimise
runt uacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum
et illū in capite uulnerauerūt. et contumelijs affecerūt.
Et rursum aliū misit. et illū occiderunt. Et plures alios.
quosdā cedentes. alios uero occidentes. Adhuc ergo u
nicū habens filium carissimum. et illum misit ad eos nouis
simum dicēs. quia reuerebūtur filium meū. Coloni au
tem dixerūt ad inuicem. hic est hēres. Venite occidamus eum. et
nr̄a erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt. et eie
cerunt extra uineā. Quid ergo faciet dñs uineę. Veniet et
perdet colonos. et dabit uineā alijs. Nec scripturam hanc
legistis. In qua quidem ꝑte peccauerūt edificantes. hic factus est
in caput anguli. A dño factum est istud. et est mirabile oculis nr̄is
Et querebant eum tenere. et timuerunt turbā.
cognouerunt enī quia ad eos parabolam hanc dixit. Et
relicto eo abierunt.

Et mittunt ad eū quosdā ex pharisēis et herodianis ut
eum caperent in uerbo. Qui uenientes dixerūt ei. Magr. sa
mus quia uerax es. et nō curas quēquā. Nec enim respi
cis personā hōnis. sed in ueritate uiā dei docs. Licet dare tributū
cesari. an nō dabimus. Qui sciens uersutiam illorum ait illis. Qd
me tēptatis. afferte mihi denarium ut uideā. At illi at
tulerunt. Et ait illis. Cuius est imago hec et scriptio.
dicunt illi. Cesaris. Respondens autem ihūs dixit illis. Reddite q̄

q̄ sunt ce sancti cerān. q̄ sunt dei dy. Et interrogauerūt eū
Et uenerūt ad eū sadducei. qui dicūt nō ee resurrectōem. et
interrogabāt eū dicētes. magr moyses nobis scripsit. si
cuius frr mortuus fuīt. et dimiserit uxorē. et filios non
reliquerit. accipiat frr eius uxorem ipius. et resuscitet
semen frī suo. Septem ergo frres fuerūt. et primus accepit
uxorem. et mortuus est nō relicto semine. et secūs accepit
eam. et mortuus est. nec et ille reliquit semen. et
tertius similit. Nec acceperunt eā q̄ similit. vsq; ad nouissimā
mortua est et mulier. In resu
rrectione ergo cuius erit de septē uxor. Septē enī habu
erunt eam uxorem. et respōdens ihūs ait illis. Nōne ideo er
ratis. nō scientes scripturas neq; uirtutē dei. Cū enim
a mortuis resurrexerint. neq; nubēt neq; nubētur. sed sūt
sicut angeli in cēlis. de mortuis aūt q̄ resurgant. nō legistis
in libro moysi sup rubū. quō dixerit illi deus dicēs.
Ego sū deus abraā. et deus ysaac. et deus iacob. nō ē deus
mortuorū sed uiuorū. vos ergo multū erratis.
Et accessit unus de scribis qui audierat illos cōgregātes. et uidēs
q̄m bñ illis respondisset. interrogauit eū q̄ ēet primū oīm
mandatū. Ihūs aūt respondit ei. quia primū oīm mandatū ē.
Audi isrl. dñs deus tuus dñs unus est. et diliges dominū deū
tuū ex toto corde tuo. et ex tota anīa tua. et ex tota mēte tua.
et ex tota uirtute tua. hoc ē primū mandatū. Secūd aūt simile
ē illi. diliges pximū tuū sicut te ipm. omnis uoluntas. aliud mā
datum nonē. et ait illi scriba. bene magr in ueritate dixisti
quia unus est. et non ē alius preter eum. et ut diligatur eum
toto corde et ex toto intellectu. et ex tota anīa. et ex tota f
ortitudine. et diligere pximū tanq̄ se ipm. maius est omni
holocaustomatibus et sacrificiis. Ihūs aūt uidens q̄ sapienter
respondisset. dixit illi. nō es longe a regno dei. et nēo iam aude
bat eū interrogare. Et respondens ihūs dicebat docēs in templo.
quomodo dicūt scribe. xp̄m ee filiū dauid. ipe enī dauid dixit
in sp̄u scō. dixit dñs dō meo sede ad dexteris meis. do
nec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. ipe ergo da
uid dicit eū dñm. et unde ē filius eius. et multa turba eū
libenter audiebat. et dicebat eis in doctrina sua. Cauete
a scribis q̄ uolunt in stolis ambulare. et salutari in foro.
et in primis cathedris sedere in synagogis. et primos discubitus
in cenis. q̄ deuorant domos uiduarum et sub obtētu mu pla
ce orōnes. hi accipient plus iudicii.
Et sedēs ihūs ce gazophylaciū. aspiciebat quomodo mit
tat turba in gazophylaciū. et multi diuites iactab
ant multa. Cū uenisset aūt una uidua pauper. misit du
o minuta q̄ ē quodrās. et conuocāt discipulos suos ait
illis. Amēdico uobis. q̄m uidua hec pauper plus dedit om
nib; q̄ miserūt in gazophylaciū. omnes enī ex eo q̄ habun
dabāt illi miserunt. hec aūt de penuria sua oīa q̄ habuit
misit totū uictū suū.
Et cū egrederetur de templo. ait illi unus ex discipulis suis.
magr aspice q̄les lapides. et q̄les structure. Et respōdens ihūs ait illi. Vides
has omnes magnas edificationes. non relinquētur lapis sup lapidem qui non destruatur.
Et cū sederet in monte oliuarū ce templū. interrogabant eū
seorsum petrus et iacobus. et iohannes. et andreas. dic nobis q̄
do ista fient. et q̄ signū erit q̄n hec incipient ce. et ihūs
cepit dicere illis. Videte ne quis uos seducat. multi
enī uenient in nomine meo dicētes. q̄ ego sū. et
uos seducēt. cū audieritis aūt bella. et opiniones bel
loꝝ. ne timueritis. oportet enī fieri. sed nondū finis. Et
surget gens sup gentem. et regnū sup regnū. et erunt
terremotus per loca. et fames. principium dolorū. Videte ue
stra metipsos. tradent enim uos in consilia. et in synagogis
uapulabitis. et ante p̄sides et reges stabitis p̄pter me. in tes
timoniū illis. et in omnes gentes p̄mū oportet p̄dicari e
uangeliū. et cū duxerint uos tradentes. nolite p̄cogita
re quid loquamini. q̄ q̄dcūq; uobis datū fuerit in illa ho
ra. id loquimini. nō ee uos qui loquimini. sed sp̄s scī. tra
det aūt frr frem in mortē. et pater filiū. et cōsurgent fi
lii sup patres. et morte afficient eos. et eritis odio oīb;
hominib; p̄pter nomen meū. qui aūt sustinuerit in finem.
hic saluus erit. Cū aūt uideritis abhominationem de
solationis stantem ubi non debet. qui legit intelligat. tūc
qui in iudea sunt. fugiāt ad montes. et qui sup tectū. nō
descendat in domū. nec introeat ut tollat quid de domo
sua. et qui in agro erit. nō reuertatur retro tollere uestimentū su
um. Ve aūt pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate
aūt ut non fiat fuga uestra hyeme. Erunt enī
dies illi tribulationes tales. quales non fuerunt ab initio
creaturarum. quas condidit deus usq; nunc. neq; fient. Et
nisi breuiasset dns dies. non fuisset salua omnis caro. Sed p
electos quos elegit. breuiauit dies. Et tūc si quis uobis dixerit
Ecce hic est xp̄s. aut ecce illic. ne credideritis. Surge
ent enī pseudo xp̄i. et pseudo p̄phē. et dabūt signa et prodi
gia. ad seducendos. si fieri potest etiā electos. Vos aūt uidete
ecce predixi uobis oīa. Sed in illis diebus. post tribulationem il
lā. sol obscurabitur. et luna non dabit splendorē suū. et stellē
cadent de cēlo. et uirtutes que sunt in cēlis mouebunt.
Et tūc uidebunt filiū hoīs uenientē in nubibus cū uirtute
magna et gla. Et tūc mittet angelos suos. et congregabit electos
suos a quatuor uentis. a summo terre usq; ad summum cēli. A
fici aūt discite parabolā. cū iam ramus eius tener fuerit et
nata fuerint folia. cognoscitis quia in proximo sit estas. Sic
et uos cū uideritis hec fieri. scitote q̄ in proximo sit in hostis.
Amēn dico uobis q̄m non transibit generatio hec donec oīa fi
ant. Celum et terra transibūt. uerba aūt mea non transibunt.
De die aūt illo et hora nemo scit. neq; angeli in celo neq; filius.
nisi pater. Videte. uigilate. et orate. nescitis enī q̄n tempus sit.
Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā. et dedit se
ruis suis potestatem. cuiusq; operis. et ianitori precepit ut uigilet
ut uideret. Vigilate ergo. nescitis enī q̄n dñs domus ueniat. se
ro. an media nocte. an galli cantu. an mane. ne cū ue
nerit. repente inueniat uos dormientes. Quod aūt uobis
dico. omnibus dico. uigilate.
Erat aūt pasche et azimorum post biduū. et q̄rebant summi sac
erdotes et scribe. quomodo eum dolo tenerent et occiderent.
dicebant aūt. nō in die festo. ne forte tumultus fieret popu
li. Et cū esset ihūs in bethania in domo symonis leprosi
recumberet. uenit mulier hās alabastrum unguenti
nardi spicati pretiosi. et fracto alabastro effudit sup eius ca
put. erant aūt quidā indigne ferentes intra semetipsos. et
dicentes. Ut quid p̄ditio hec unguenti facta ē. potuit enī
unguentū istud uenūdari plus q̄ trecentis denariis. et
dari paupertati. et fremebant in ea. Ihūs aūt dixit. Sinite
eam. quid illi molesti estis. bonū opus operata ē in me
semper enim pauperes habetis uobiscū. et cū uoluerint
potestis illis bene facere. me aūt non semper habetis. Quod
habuit hec fecit. p̄uenit ungere corpus meum in sepultu
ram. Amēn dico uobis. ubicūq; p̄dicatum fuerit euangelium istud
in toto mundo. et q̄d fecit hec narrabit in memoriā ei. et inda
s scarioth unus de duodecim. abiit ad principes sacerdotum. ut p
derem eum illis. qui audientes gauisi sunt. et p̄miserunt ei pe
cuniā se daturos. et querebat quomodo eum opportune tra
deret. Et p̄ma die azimorum q̄n pascha immolabāt. dixit ei di
scipulis suis. Quo uis eamus. et paremus ut manduces
pascha. Et mittit duos ex discipulis suis. et dicit eis. Ite
in ciuitatem. occurret uobis homo lagenam aquē bajulāns.
Sequimini eum. et quocūq; introierit. dicite dño domus
q̄ magr dicit. Vbi est refectio mea. ubi pascha cū discipulis
meis manducem. et ipse uobis demonstrabit cenaculum
grande stratum. illic parate nobis. Et abierunt discipuli ei
et uenerunt ce sicut dixerat illis. et parauerunt pascha. Vespere
aūt facto. uenit cū xii. Et discūbentibus eis et manducā
tibus ait ihūs. Amēn dico uobis. quia unus ex uobis tradet
me qui manducat mecum. Illi ceperunt contristari. et
dicere ei singillatim. Numquid ego. Et alius. Numquid ego
decim qui intingit mecum manū in catino. et filius quidē
hominis quidem sicut scriptum ē de eo. Ve aūt homini illi per q̄
filius hominis tradetur. bonum erat ei si natus homo
ille. Et manducantibus illis. accepit ihūs panem. benedixit. fregit.
et dedit eis et ait. Sumite hoc ē corpus meum. Et
accepto calice gratias agens dedit eis. et biberunt ex illo
omnes. et ait illis. hic ē sanguis meus noui testamenti q̄
pro multis effundetur. Amēn dico uobis. q̄m iam nō bibam
de hoc genimine uitis. usq; in diē illum. cū illud bibā nou
um in regno dei.
Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Et ait
illis ihūs. Omnes scandalū patiemini in me in nocte ista. q̄

scriptū est. percutiam pastorem et dispergētur oues gre
gis. Sz postq̄ surrexero p̄cedam uos in galileā.
petrus aūt ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint. ego
ego. et ait illi ihūs. Amē dico tibi q̄ tu hodie i nocte hac.
priusq̄ bis gallus cātet. ter me negabis. Qui ait illi.
Etiam si oportuerit me simul tecum
mori. nō te negabo. Similit aūt oēs dicebant. Et ue
nit i p̄dm cui nom̄ gethsemani. et ait discipulis su
is. Sedete hic donec orem. et assumit ihūs petrū za
cheū et iohannem secum. cepit pauere et tedere. et ai
t illis. Tristis est aīa mea usq̄ admortē. Sustinete hic
et vigilate mecū. Et cū processisset pusillū. p̄cidit super
terram. et orabat. ut si fieri posset. trāsiret ab eo hora. et
dixit. Abba pr̄. oīa tibi possibilia sunt. trānsfer calicem
istum a me. sz tm̄ ego nō quod ego uolo. sz q̄ tu. et uenit ad
uenit eos dormientes. et ait petro. Symon dormis. nō
potuisti una hora uigilare. Vigilate et orate. ut nō in
tretis in temptationem. Spūs quidē p̄ptus est. caro aūt
infirma. Et rursū abiens. oravit eundē sermonem
dicēs. Et reuertens denuo. inuenit eos dormientes. erāt
enim oculi eorū grauati. et nesciebant quid responderent
ei. Et uenit tertio. et ait illis. dormite iam et requiesci
te. Sufficit. Venit hora. ecce tradetur filius hoīs
in manus peccatoꝝ. Surgite eamus. Ecce qui me tra
det prope est. Et adhuc illo loquēte. ecce iudas scariot
unus ex duodecim. uenit. et cū eo turba multa cū gladiis et fus
tibus. a summis sacerdotibus. et scribis et senioribus. de
derat aūt traditor eius signū eis dicēs. Quemcūq̄ osc
ulatus fuero. tenete eum. et ducite caute. Et cū uenis
set. statim accedēs ad eum. ait. Aue rabbi. et osculatus
est eum. At illi manus in eum iecerunt. et tenuerunt
eum. Unus aūt quidā de circūstantibus educēs gladiū.
percussit seruū summi sacerdotis. et amputauit illi au
riculā. et respondens ihūs ait illis. tamquā ad latrōē
existis cū gladiis et fustibus comprehendere me. Cotidie eram
apud uos in templo docens. et nō me tenuistis. Sed ut impleā
tur scripture. tūc discipuli eius relicto eo omnes
fugerunt. Adolescens aūt quidā sequebatur eum amictus
sindone super nudo. et tenuerunt eum. At ille rejecta sindo
ne nudus profugit abeis. et adduxerunt ihūm ad sum
mū sacerdotē. et conuenerunt omnes sacerdotes et scribe
et seniores. Petrus aūt a longe secutus est eum usq̄ intro
rsum in atrium summi sacerdotis. et sedebat cū ministris. et calē
faciebat se ad ignē. Summi aūt sacerdotes et omne con
silium. querebant aduersus ihūm testimoniū. ut eum mo
rti traderent. nec inuenichant. Multi enim testimoniū
ferebant falsum. et conueniebant testimonia eorum
non erant. Et quidā surgentes falsum testimoniū ferebā
mus aduersus eum. dicentes. quia nos audiuimus eum
dicētem. Ego destruam templum hoc manufactum. et per triduum a
liud nō manufactum edificabo. Et nō erat conueniens te
stimonium illorum.
Et exurgens summus sacerdos in medium. interrogauit ihūm
dicens. Quid nichil respondes ad ea quę tibi obiciuntur ab
istis. Ille aūt tacebat. et nichil respondit. Rursus summus sa
cerdos interrogabat eum. et dicit ei. Tu es xp̄s filius dei be
nedicti. Ihūs aūt dixit illi. Ego sum. Et uidebitis filium
hoīs sedentem a dextris uirtutis. et uenientem cū nubi
bus celi. Summus aūt sacerdos scindēs uestimenta sua. ait.
Quid adhuc desideramus testes. Audistis blasphemiā.
Quid uobis uidetur. Illi aūt omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.
Et coperūt quidam cōspuere eum. et circūdare faciem eius. et
colaphis eum cedere. et dicere ei. Prophetiza. Et ministri alapis
eum excipiebant. Et cū esset petrus deorsum in
atrio. uenit una ancilla summi sacerdotis. et cū uidisset petrum ca
lefaciētem se. aspiciens illum ait. Et tu cū ihū nazareno
eras. Ille negauit dicēs. Nec scio nec noui quid
dicis. Et exiit foras ante atrium. et gallus cantauit. Rursus
aūt eum uidit ancilla. et cepit dicere circūstantibus. quia
hic ex illis est. Ille uero negauit. Et post pusillum
rursus qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es. nā
et galileus es. Ille aūt cepit anathematizare et iura
re quia nescit hominem istum quē dicitis. Et statim iterū
gallus cantauit. Et recordatus est petrus ubi q̄ dixe
rat ei ihūs. priusq̄ gallus cantet bis. ter me
negabis. Et cepit flere. et protinus mane cōsilium fa
cientes summi sacerdotes. cū senioribus et scribis. et uni uer
so concilio. uinctum adducentes ihūm. duxerunt et tradiderunt py
lato. Et interrogauit eū pylatus. tu es rex iudeoꝝ. At
ille respondens ait illi. tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes
in multis. Pilatus aūt rursus interrogauit eum dicens.
Non respondes quicquā. ecce in quātis te accusāt ihūs aūt am
plius nichil respondit. ita ut mirarentur pylatus. Per diē aūt
festum dimittere solebat illis unum ex uinctis quē rogassent.
Erat aūt qui dicebatur barabas. qui cū seditionis
ibus. qui in seditione fecerat homicidium. et cū accusa
ssent eum. cepit rogare. sicut semper faciebat illis. Pilatus aūt
respondit eis dicens. Vultis dimittam uobis regem iudeoꝝ. Sciebat
enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pon
tifices autem concitauerunt turbam. ut magis barabam di
mitteret eis. Pilatus aūt iterum respondens ait illis. Quid ergo
uultis faciam regi iudeoꝝ. At illi iterum clamauerunt. Cru
cifige eum. Pylatus uero dicebat eis. Quid enim malum fecit.
At illi magis clamabant crucifige eum. Pylatus aūt uo
lens populo satisfacere dimisit illis barabam. et tradidit
ihūm flagellis cesum ut crucifigeretur.
Milites aūt duxerunt eum intro in atrium. pretorii. et cōuocant to
tam cohortem. et induunt eum purpura. et ponunt ei plec
tentes spineā coronā. et ceperunt salutare eum. Aue rex
iudeoꝝ. et percutiebant caput eius harundine. et cōspue
bant eum. et ponentes genua adorabant. Et postquā illuserā
nt ei. exuerunt eum purpura. et induerunt eum uestimentis su
is. et educunt eum ut crucifigerent eum. et angariauerunt pre
tereuntē q̄dā symonem cyrenensem uenientem de uilla. pa
trem alexandri et rufi. ut tolleret crucem eius. et perducūt
illum in golgotha. q̄ est interpretatū caluarie locus. et da
bant ei bibere murratum unum. et nō accepit. Et crucifi
gentes eum diuiserunt uestimenta eius. mittentes sortem.
super eis. quisquis tolleret. erat aūt hora tertia. et cruci
fixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus. rex iudeoꝝ.
Et cū eo crucifigunt duos latrones. unum a dextris et alterum
a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura q̄ dicit. Et cū iniquis
reputatus est. et preteribant blasphemabant eum. mouentes
capita sua. et dicentes. Vah qui destruis templum dei. et in triduo illud re
ędificas. Saluum fac temetipsum. descende de cruce. Similiter et
principes sacerdotum illudentes. ad alterutrum cum scribis
dicebant. Alios saluos fecit. seipsum nō potest saluum facere.
Christus rex israel descendat nunc de cruce.
ut uideamus et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant. improperabant ei.
Et facta hora sexta. tenebre facte sunt per totam terrā. usq̄ in horam
nonam. Et hora nona exclamauit ihūs uoce magna dicens. heloy. heloy. lamazabatani. quod est interpretatū.
deus meus. deus meus ut quid dereliquisti me. Et quidam
de circumstantibus audientes dicebant. Ecce heliā uocat.
Currens aūt unus et implens spongiā aceto. circūponensq̄ ca
lamo. potum dabat ei dicēs. Sinite uideamus si ueniat helias
ad deponendū eum. Ihūs aūt emisso uoce magna expira
uit. Et uelum templi scissum est in duo a summo usq̄ deorsum. Videns aūt centurio qui exadue
rso stabat. quia sic clamans expirasset. ait. Vere hō iste filius dei erat. Erant
autem et mulieres de longe aspicientes. inter quas
erat maria magdalene. et maria iacobi minoris et ioseph
mat. et salome. Et cū esset in galilea sequebantur eum et
ministrabant ei. alie multe que simul cum eo ascenderant
ierosolimā.
Et cū iā sero esset factum. quia erat parasceue q̄d est ante sabbatum. uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipse
erat expectans regnum dei. et audacter intrauit ad pylatum
et petiit corpus ihū. Pylatus aūt mirabatur si iā obisset.
et accersito centurione interrogauit eum si iam mortuus
esset. Et cū agnouisset a centurione donauit corpus
ioseph. Joseph aūt mercatus sindonem. et deponens eum
uolut sindone. et posuit eum in monumento. quod erat excisum in
petra. et advolauit lapidem ad ostium monumenti. Maria
magdalene. et maria ioseph. aspiciebant ubi ponere
tur. Et cū transisset sabbatum maria magdalene et maria

cobi t filiolome. emerunt auomatu ut uemetes un
genit ihm.

cxvi Et ualde mane una sabbatoy. uenit ad monumtu gor
tum sole. et dicebant adinuicē. quis reuoluet nob
lapidem ab ostio monumti. et respicientes uiderūt re
uolutū lapidem. erat quippe magnus ualde. et intrā
tes in monumtū. uiderunt iuuenē sedentē in dextera
parte stola cndutū. et obstupuerūt. qui dixit illis. nolite
expauescere. ihm quirit nazarenū crucifixū. surrexit
non est hic. ecce locus ubi posuerūt eū. Sed ite dicite
discipulis eius t petro. quia precedet uos in galilea. ibi eū uidebi
tis sicut dixit uobis. illic exhibuit. fugerunt de monu
mto. Tenebat enī eas tremor. t pauor. t nemini quicq̄
dixerunt. timebant enī. Surgens aūt mane prima sab
bati. apparuit primo marie magdalene. de qua eiecerat
septē demonia. Illa uadens. nūciauit his qui cū
fuerant. lugentib⁹ t flentib⁹. Et illi audientes q uiuit.
et uisus est ab ea. nō crediderunt. Post hec aūt duobus ex
eis ambulantib⁹. ostensus est in alia effigie. euntib⁹ in agrū
illis. et nūciauerunt ceteris. nec illis credidērunt.
Nouissime recūbentib⁹ illis undecim apparuit. et exp
brauit incredulitatē eoꝝ. t duritiā cordis. quia his qui
uiderant eū resurrexisse a mortuis non credidērunt.
et ait eis. euntes in mundū uniuersū. predicate euāge
lium omi creature. Qui crediderit t baptizatus fuerit.
saluus erit. Qui aūt non crediderit condēpnabit. Signa aūt
eos qui crediderint hec sequentur. In nomine meo demo
nia eiicient. linguis loquentur nouis. serpentes tollēt.
Et si mortiferū quid biberint non eis nocebit. Super eg
tos manus imponent. t bñ habebūt. et dns quidē ihs
postquā locutus est eis. assumptus est in celū. t sedet ad dex
teram dei. illi aūt pfecti predicauerūt ubiq dño cooperante.
et sermonē confirmante. sequentib⁹ signis. Explicit

Liber scī marci. Incipit prologus scī lucem

Verū syrus. unde natus. arte medicus. discipulus apo
stoloꝝ. postea uero sectator usq ad eius passionē. euāge
lium scripsit in partibus achaie. uitam sine crimine. nam neq uxorē umq̄
habuit. neq filios. leguntur. Annoꝝ obiit in bithinia plenus
spū scō. Quia cū iam scripta essent euangelia a matheo
quidem in iudea. a marco aūt in italia. sed maxime
spū inspirante hec scripsit euangelia. significās
per ipsum principium ab illa uisione. qua in principio
ordo euangelice dispositionis est exortus. ei enim qui
dixerat. Ecce ego mitto angelum meum ante
faciem tuam. qui preparabit uiam tuam ante me.
Et alibi. Ecce ego mitto angelum meum. et respi
ciet uiam ante faciem meam. Et rursus. Vox clamantis
in deserto. parate uiam dñi. rectas facite semitas eius.
Et ioannes erat baptizans in deserto. et predicans baptis
ma penitentie in remissionem peccatoꝝ. Et baptizabantur
ab eo omnes iudee regio. et hierosolimite. et confitebantur
peccata sua. et ipse erat uestitus pilis camelorum. et zona
pellicea circa lumbos suos. et locusta et mel siluestre manducabat.
et predicabat dicens. Venit fortior me post me. cui non sum
dignus procumbens soluere corrigiam calciamenti eius.
Ego baptizaui uos aqua. ille aūt baptizabit uos spū scō.
Factum est aūt in diebus illis. uenit ihs a nazareth galilee.
et baptizatus est a ioanne in iordane. Et statim ascendens de
aqua uidit apertos celos. et spūm tanq̄ columbam descendentem
et manentem in eo. Et uox facta est de celis. Tu es filius meus
dilectus. in te complacui mihi. Et statim spūs eum expulit
in desertum. Et erat ibi in deserto diebus xl. et tentabatur a
satana. et erat cum bestiis. et angeli ministrabant ei.
Postquam aūt traditus est iohannes. uenit ihs in galilea
predicans euangelium regni dei. et dicebat. Quia impletum
est tempus. et appropiauit regnum dei. penitentiam agite.
et credite euangelio. Et ambulans iuxta mare galilee. uidit
simonem et andream fratrem eius mittentes rete in mare.
erant enim piscatores. Et ait illis ihs. Venite post me. et
faciam uos fieri piscatores hominum. Et continuo relictis
retibus secuti sunt eum. Et cum processisset inde modicum.
uidit iacobum zebedei et ioannem fratrem eius. et ipsos in
navi componentes retia. Et continuo uocauit eos. Et relicto
patre suo zebedeo in navi cum mercenariis abierunt post eum.
Et intrant capharnaum. Et continuo sabbatis ingressus in
synagogam docebat eos. Et stupebant super doctrina eius.
erat enim docens eos sicut potestatem habens. et non sicut
scribe eorum. Et erat in synagoga eorum homo in spū immundo.
et exclamauit dicens. Quid nobis et tibi ihu nazarene. Venisti
perdere nos. Scio te qui sis. sanctus dei. Et increpauit illum
ihs dicens. Obmutesce. et exi ab eo. Et cum discidisset eum
spūs immundus. et exclamasset uoce magna. exiit ab eo. Et
mirati sunt omnes. ita ut inquirerent inter se dicentes. Quid
est hoc. quod nouum est hic. quia quidem imperio etiam spibus
immundis precipit. et obediunt ei. Et exiit fama eius statim
in omnem regionem galilee circa uicinam. Et continuo exeuntes
de synagoga. uenerunt in domum simonis et andree cum iacobo
et ioanne. Socrus aūt simonis tenebatur magnis febribus. et
statim dicunt de illa ei. Et accedens leuauit eam tenens manum
illius. et dimisit eam febris. et continuo ministrabat eis.
Vespere aūt facto. cum occidisset sol. adferebant ad eum
omnes male habentes. et demoniacos. Et erat omnis ciuitas
congregata ad ianuam. Et curauit multos uariis languoribus
male habentes. et demonia multa eiecit. et non sinebat ea
loqui quia sciebant eum. Et mane nimis ualde surgens egressus
abiit in desertum locum. et ibi orabat. Et persecutus est eum
simon et qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum dicunt ei.
Quia omnes te querunt. Et ait illis. Eamus in proximas
uicinas ciuitates. ut et ibi predicem. ad hoc enim exiui.
Et predicabat in synagogis eorum. et in omni galilea. et
demonia eiciebat. Et uenit ad eum leprosus deprecans eum.
et genu flexo dicit ei. Quia si uis potes me mundare. Et
misertus eius extendit manum suam. et tetigit eum. et ait
illi. Volo mundare. Et cum dixisset hoc. statim discessit
ab eo lepra. et mundatus est. Et comminatus est ei. et statim
eiecit illum. Et dixit illi. Vide nemini dixeris. sed uade
ostende te principi sacerdotum. et offer pro emundatione tua
quemadmodum precepit moyses. in testimonium illis. Ille aūt
exiens cepit predicare multa. et diffamare sermonem. ita ut
iam non posset ihs manifeste in ciuitatem introire. sed foris
in locis desertis erat. et conuenit ad eum undique.

Alius prologus

Qua fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen ejus. et
misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. fecit po
tentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis
sui. Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles. es
urientes implevit bonis. et divites dimisit inanes. Suscepit
Israel puerum suum. recordatus misericordie sue. Sicut locu
tus est ad patres nostros. Abraham et semini ejus in secula
lum. Mansit autem maria cum illa: et reversa est in domum suam. Helisabeth autem impletum est tempus
pariendi. et peperit filium. et audierunt vicini et cognati ejus quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa. et congratu
labantur ei. et factum est in die octavo venerunt circumcidere
pueru. et vocabant eum nomine patris sui zacharia. et respon
dens mater ejus dixit. non quia vocabitur johannes. Et dixe
runt ad illam. quia nemo est in cognatione tua qui vocetur
hoc nomine. innuebant autem patri ejus quem vellet vocari eum.
Et postulans pugillarem scripsit dicens. Johannes est nomen ejus.
Et mirati sunt universi. Apertum est autem os ejus et lingua
ejus statim et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super
omnes vicinos eorum. et super montana judee divulgabantur
omnia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes.
Quis putas puer iste erit. Etenim manus domini erat cum
illo. Et zacharias pater ejus impletus est spiritu sancto et prophetavit di
cens. Benedictus dominus deus israel quia visitavit et fecit redemp
tionem plebi sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo
David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo
sunt prophetarum ejus. Salutem ex inimicis nostris. et de manu
omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris
et memorari testamenti sui sancti. Jusjurandum quod juravit ad
Abraham patrem nostrum datum se nobis. Ut sine timore de
manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi. in sanc
titate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta
altissimi vocaberis. Præibis enim ante faciem domini parare vias ejus.
Ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum
eorum. Per viscera misericordie dei nostri in quibus visitavit nos oriens
ex alto. Illuminare his qui in tenebris et umbra mortis sedent. ad dirigendos pedes nostros in viam
pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu. et erat in desertis
usque in diem ostensionis sue ad israel.

Factum est autem in diebus illis. exiit edictum a cesare augusto.
ut describeretur universus orbis. Hec descriptio prima facta
est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singu
li in suam civitatem. Ascendit autem et joseph a galilea de ci
vitate nazareth. in judeam civitatem david que vocatur beth
lehem. eo quod esset de domo et familia david. ut profiteretur
cum maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem
cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret. et peperit filium
suum primogenitum. Et pannis eum involvit. et reclinavit
eum in presepio. quia non erat eis locus in diversorio. Et pasto
res erant in regione eadem. vigilantes et custodientes vigilias
noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini
stetit juxta illos. et claritas dei circumfulsit illos. timuerunt
timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. ecce enim
evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia
natus est vobis hodie salvator. qui est christus dominus in civitate
david. Et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis in
volutum et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multi
tudo militie celestis. laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis
deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et factum
est ut discesserunt ab eis angeli in celum. pastores loquebantur
ad invicem. transeamus usque bethlehem. et videamus hoc
verbum quod factum est. quod dominus ostendit nobis. Et venerunt fe
stinantes. et invenerunt mariam et joseph et infantem positum in
presepio. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis
de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt. et de his
que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Et erat illis pastores glo
rificantes et laudantes deum. in omnibus quibus audierant et viderant.
sicut dictum est ad illos.

Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer
vocatum est nomen ejus jesus. quod vocatum est ab angelo priusquam
in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis
ejus secundum legem moysi. tulerunt illum in jerusalem ut sisterent
eum domino. sicut scriptum est in lege domini. quia omne masculinum ad

Exierunt in viam sabbati. Et cum introisset quidam principum
pharisæorum sabbato manducare panem. et ipsi observabant eum.
Et ecce homo quidam erat ante illum hydropicus. Et respondens jesus
dixit ad legis peritos et pharisæos. dicens. Si licet sabbatis curare.
At illi tacuerunt. Ipse autem apprehendens sanavit illum. et dimisit eum.
Et ad illos respondit dicens. Cujus vestrum asinus aut bos in
puteum cadet. et non continuo extrahet illum die sabbati. Et non
poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad invitatos parabolam
intendens quomodo primos accubitus eligerent. dicens illis. Cum
vocatus fueris ab aliquo ad nuptias. non discumbas in primo loco.
ne forte honorabilior te sit invitatus ab illo. et accedens is qui te
et illum vocavit dicat tibi. da huic locum. et tunc incipias cum
rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade. recumbe
in novissimo loco. ut cum venerit qui te invitat dicat tibi. amice ascende
superius. tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis
qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem
et ei qui invitaverat eum. Cum facis prandium aut cenam. noli vocare
amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos neque vicinos divites. ne forte
et ipsi te reinvitent. et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium
voca pauperes debiles claudos et cecos. et beatus eris quia non habent
retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectione justorum. Audiens
autem hec quidam de discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducabit panem
in regno dei. Ille autem dixit illi. Homo quidam fecit cenam magnam
et vocavit multos. et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut
venirent quia jam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare.
Primus dixit ei. Villam emi et habeo necesse ut exeam et videam illam.
rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Juga boum emi quinque et
eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi
et ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit hec domino suo.
Tunc iratus pater familias dixit servo suo. Exi cito in plateas et vicos
civitatis et pauperes debiles claudos et cecos introduc huc. Et ait servus
domine factum est ut imperasti et adhuc locus est. Et ait dominus ad
servum. Exi in vias et sepes et compelle intrare ut impleatur domus mea.
Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit
cenam meam. Et comitabantur illum turbe multe. et conversus dixit ad illos.
Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios
et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus.
Et qui non portat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus.
Quis enim ex vobis volens turrim edificare non prius sedet et computat
sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum. ne forte posteaquam
posuerit fundamentum et non potuerit perficere omnes qui vident incipiant illudere
ei dicentes. Quia hic homo cœpit edificare et non potuit consummare. Aut
quis rex iturus committere bellum adversus alium regem non sedet prius
et cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus
venit contra se. Alioquin adhuc illo longe agente legationem rogat ea que
pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus que
possidet non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal
evanuerit in quo condietur. Neque in terram neque in sterquilinium utile
est. Sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Erat autem appropinquantes ei publicani et peccatores audire eum.
Et murmurabant pharisæi et scribe dicentes. Quia hic peccatores recipit et manducat
cum illis. Ad quos parabolam hanc dixit. Quis ex vobis homo qui habet
centum oves et si perdiderit ex illis unam nonne dimittit nonaginta novem
in deserto et vadit ad illam que perierat donec inveniat eam. Et cum
invenerit imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum convocat
amicos et vicinos dicens illis. Congratulamini mihi quia inveni ovem meam
que perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore
penitentiam agente quam super nonaginta novem justis qui non indigent
penitentia. Aut quis mulier habens decem dragmas si perdiderit unam
dragmam nonne accendit lucernam et everrit domum et quærit diligenter
donec inveniat. Et cum invenerit convocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini
mihi quia inveni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit
coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Dixit autem
quidam habebat duos filios. Et dixit adolescentior ex illis patri. Pater
da mihi portionem substantie que me contingit. Et divisit illis substantiam.
Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus
est in regionem longinquam. Et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.
Et postquam omnia illius consummasset facta est fames valida in regione illa
et ipse cœpit egere. Et abiit et adhesit uni civi regionis illius. Et misit illum
in villam suam ut pascat porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de
siliquis quas porci manducabant. Et nemo illi dabat. In se autem reversus
dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus. Ego autem
hic fame pereo. Surgam et ibo ad patrem meum et dicam ei. Pater peccavi
in celum et coram te. Jam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut
unum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem
adhuc longe esset pater ejus vidit eum et misericordia motus est. Et accurrens
cecidit super collum ejus et osculatus est eum. Dixit autem ei filius. Pater
peccavi in celum et coram te. Jam non sum dignus vocari filius tuus.
Dixit autem pater ad servos suos. Cito proferte stolam primam et induite
illum et date annulum in manum ejus et calceamenta in pedes. Et adducite
vitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur. Quia hic filius meus
mortuus erat et revixit perierat et inventus est. Et cœperunt epulari.
Erat autem filius ejus senior in agro. Et cum veniens appropinquaret domui
audivit symphoniam et chorum. Et vocavit unum de servis et interrogavit
quid hec essent. Ipse autem dixit illi. Frater tuus venit et occidit pater
tuus vitulum saginatum quia salvum illum recepit. Indignatus autem
est et nolebat introire. Pater autem ejus egressus cœpit rogare illum.
At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis servio tibi et nunquam
mandatum tuum præterivi et nunquam dedisti mihi hedum ut cum amicis
meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui devoravit substantiam
suam cum meretricibus venit occidisti illi vitulum saginatum. At ille dixit
illi. Fili tu semper mecum es et omnia mea tua sunt. Epulari autem et
gaudere oportebat quia frater tuus mortuus erat et revixit perierat et inventus est.

Dicebat autem et ad discipulos suos. Homo quidam erat dives qui habebat
villicum et hic diffamatus est apud illum tanquam dissipasset bona ipsius.
Et vocavit illum et ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationem villicationis
tue. Jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam
quia dominus meus aufert villicationem a me. Fodere non valeo. Mendicare
erubesco. Scio quid faciam ut cum amotus fuero de villicatione recipiant me
in domos suas. Convocatis igitur singulis debitoribus domini sui dicebat primo.
Quantum debes domino meo. At ille dixit. Centum cados olei. Et dixit illi.
Accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alii dixit.
Tu autem quantum debes. Qui dixit illi. Centum coros tritici. Ait illi.
Accipe litteras tuas et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis
quia prudenter fecisset. Quia filii hujus seculi prudentiores filiis lucis in
generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona
iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis
est in minimo et in multo fidelis est. Et qui in modico iniquus est et in
multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis quod verum
est quis credet vobis. Et si alienum non fuistis quis dabit vobis. Nemo
potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit et alterum diliget.
aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo servire et mammone.
Audiebant autem hec omnia pharisæi qui erant avari et deridebant illum.
Et ait illis. Vos estis qui justificatis vos coram hominibus. Deus autem novit
corda vestra. Quia quod hominibus altum est abominatio est ante deum.
Lex et prophete usque ad johannem. Exinde regnum dei evangelizatur et omnis
in illud vim facit. Facilius est autem celum et terram transire quam de lege
unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram mœchatur.
Et qui dimissam a viro ducit mœchatur. Homo autem quidam erat dives
et induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam
mendicus nomine lazarus qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus. Et cupiens
saturari de micis que cadebant de mensa divitis. Sed et canes venientes lingebant
ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis
in sinum abrahe. Mortuus est autem et dives et sepultus est in inferno. Elevans
autem oculos suos cum esset in tormentis vidit abraham a longe et lazarum in
sinu ejus. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei et mitte lazarum
ut intinguat extremum digiti sui in aqua et refrigeret linguam meam quia crucior
in hac flamma. Et dixit abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua
et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris. Et in
his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est. Ut hi qui volunt hinc
transire ad vos non possint neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater
ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres. Ut testetur illis
ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Dicit illi abraham. Habent
moysen et prophetas audiant illos. Qui dixit. Non pater abraham sed si quis
ex mortuis ierit ad illos pœnitentiam agent. Ait illi. Si moysen et prophetas
non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.

Dixit autem ad discipulos suos. Impossibile est ut non veniant scandala.
Væ autem illi per quem veniunt. Utilius est ei si lapis molaris imponatur
circa collum ejus et projiciatur in mare quam ut scandalizet unum de pusillis
istis. Attendite vobis. Si peccaverit in te frater tuus corripe illum. Et si
pœnitentiam egerit dimitte illi. Et si septies in die peccaverit in te et septies
in die conversus fuerit ad te dicens pœnitet me dimitte illi. Et dixerunt apostoli
domino. Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus. Si habueritis fidem sicut
granum sinapis dicetis huic arbori moro evellere et transplantare in mare
et obediret vobis. Quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem
qui regresso de agro dicat illi statim transi recumbe. Et non potius dicat
illi. Para quod cenem et accinctus ministra mihi donec manducem et bibam
et post hec manducabis et bibes tu. Numquid gratiam habet servo illi quia fecit
ea que imperata sunt ei. Non puto. Ita et vos cum feceritis omnia que
præcepta sunt vobis dicite. Servi inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.
Et factum est dum iret in jerusalem. Et ipse transibat per medium samarie
et galilee. Et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem viri
leprosi qui steterunt a longe. Et ipsi levaverunt vocem dicentes. Jesu præceptor
miserere nostri. Quos ut vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum
est dum irent mundati sunt. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est
regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes
ejus gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem jesus dixit.
Nonne decem mundati sunt. Et novem ubi sunt. Non est inventus qui rediret
et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade quia fides
tua te salvum fecit. Interrogatus autem a pharisæis quando veniret regnum dei
respondit eis et dixit. Non veniet regnum dei cum observatione. Neque dicent.
Ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos.
Venient dies quando desiderabitis videre unum diem filii hominis et non videbitis.
Et dicent vobis. Ecce hic et ecce illic. Nolite ire neque sectemini. Nam sicut
fulgur coruscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget. Ita erit filius
hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati et reprobari a
generatione hac. Et sicut factum est in diebus noe. Ita erit et in diebus filii
hominis. Edebant bibebant uxores ducebant. Usque in diem qua intravit noe
in arcam. Et venit diluvium et perdidit omnes. Similiter sicut factum est in
diebus loth. Edebant bibebant emebant vendebant plantabant ædificabant. Qua
die autem exivit loth a sodomis pluit ignem et sulphur de celo et omnes perdidit.
Secundum hec erit qua die filius hominis revelabitur. In illa hora qui fuerit
in tecto et vasa ejus in domo non descendat tollere illa. Et qui in agro similiter
non revertatur retro. Memores estote uxoris loth. Quicumque quæsierit animam
suam salvam facere perdet illam. Et quicumque perdiderit animam suam vivificabit
illam. Dico vobis in illa nocte erunt duo in lecto uno. Unus assumetur et alter
relinquetur. Duæ molentes in unum. Una assumetur et altera relinquetur.
Duo in agro. Unus assumetur et alter relinquetur. Respondentes dicunt illi.
Ubi domine. Qui dixit eis. Ubicumque fuerit corpus illuc congregabuntur et aquile.

Dicebat autem parabolam ad illos quoniam oportet semper orare et non deficere.
Dicens. Judex quidam erat in quadam civitate qui deum non timebat et hominem
non reverebatur. Vidua autem quedam erat in civitate illa et venit ad eum
dicens. Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hec
autem dixit apud se. Etsi deum non timeo nec hominem reverebor. Tamen quia
molesta est mihi hec vidua vindicabo illam ne in novissimo veniens sugillet me.
Ait autem dominus. Audite quid judex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet
vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte et patientiam habebit
in illis. Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis
veniens putas inveniet fidem in terra. Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant
tanquam justi et aspernabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt
in templum ut orarent unus pharisæus et alter publicanus. Pharisæus stans hec
apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores
injusti adulteri velut etiam hic publicanus. Jejuno bis in sabbato. Decimas do
omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum
levare sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori.
Dico vobis descendit hic justificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se
exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Offerebant autem illi et infantes
ut tangeret illos. Quod cum viderent discipuli increpabant illos. Jesus autem
convocans eos dixit. Sinite pueros venire ad me et ne prohibueritis eos talium
est enim regnum dei. Amen dico vobis quicumque non receperit regnum dei sicut
puer non intrabit in illud. Et interrogavit eum quidam princeps dicens. Magister
bone quid faciens vitam eternam possidebo. Dixit autem ei jesus. Quid me dicis
bonum nemo bonus nisi solus deus. Præcepta nosti. Ne mœchaveris. Ne occideris.
Ne furtum feceris. Ne falsum testimonium dixeris. Honora patrem tuum et matrem.
Qui dixit. Hec omnia custodivi a juventute mea. Quo audito jesus dixit ei.
Adhuc unum tibi deest. Omnia quecumque habes vende et da pauperibus et habebis
thesaurum in celo et veni sequere me. Hec audito illo contristatus est quia erat
dives valde. Videns autem jesus illum tristem factum dixit. Quam difficile qui
pecunias habent introibunt in regnum dei. Facilius est enim camelum per foramen
acus transire quam divitem intrare in regnum dei. Dixerunt autem qui audierunt.
Et quis potest salvus fieri. Qui dixit. Quæ impossibilia sunt apud homines possibilia
sunt apud deum. Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Ait illis. Amen
dico vobis nemo est qui reliquerit domum aut parentes aut fratres aut uxorem
aut filios propter regnum dei. Qui non recipiat multo plura in hoc tempore et
in futuro vitam eternam. Assumpsit autem duodecim et ait illis. Ecce ascendimus
jerosolymam et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas filio hominis.
Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur. Et postquam
flagellaverint occident eum et tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt
et erat verbum istud absconditum ab eis et non intelligebant ea que dicebantur.
Factum est autem cum appropinquaret jericho cecus quidam sedebat secus viam
mendicans. Audiens autem turbam prætereuntem interrogabat quid hoc esset.
Nuntiaverunt autem ei quod jesus nazarenus transiret. Et clamavit dicens.
Jesu fili david miserere mei. Et qui præibant increpabant eum ut taceret.
Ipse autem multo magis clamabat. Fili david miserere mei. Stans autem jesus
jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogavit illum dicens.
Quid tibi vis faciam. At ille dixit. Domine ut videam. Et jesus dixit illi.
Respice fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit et sequebatur illum
magnificans deum. Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo. Et intrans
perambulabat jericho. Et ecce vir nomine zacheus et hic erat princeps publicanorum
et ipse dives. Et quærebat videre jesum quis esset et non poterat a turba quia
statura pusillus erat. Et ascendens arborem sycomorum ut videret illum quia
inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciens jesus vidit illum
et dixit ad illum. Zache festinans descende quia hodie in domo tua oportet me
manere. Et festinavit descendit et excepit illum gaudens. Et cum murmurarent
omnes dicentes quia apud peccatorem virum introisset. Stans autem zacheus dixit
ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus et si quem
aliquid calumniatus sum reddo quadruplum. Ait illi jesus. Quia hodie salus
huic domui facta est eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis
quærere et salvum facere quod perierat. Hec illis audientibus adjiciens dixit
parabolam eo quod esset prope jerusalem et illi existimarent quod continuo
regnum dei manifestaretur. Ait ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem
longinquam accipere sibi regnum et reverti. Vocatis autem decem servis suis
dedit eis decem mnas et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Cives autem ejus
oderant eum et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare
super nos. Et factum est ut reverteretur accepto regno et jussit vocari servos
quibus dederat pecuniam ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem
primus dicens. Domine mina tua decem mnas acquisivit. Et ait illi. Euge bone
serve quia in modico fuisti fidelis eris potestatem habens super decem civitates.
Et alius venit dicens. Domine mina tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu
esto super quinque civitates. Et alius venit dicens. Domine ecce mina tua quam
habui repositam apud sudarium. Timui enim te quia homo austerus es tu tollis
quod non posuisti et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tua te judico
serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum tollens quod non posui et
metens quod non seminavi. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam
et ego veniens cum usuris utique exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte
ab illo mnam et date illi qui habet decem mnas. Et dixerunt illi. Domine habet
decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur et abundabit ei
autem non habenti et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos
illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc et interficite ante me.
Et cum hec dixisset præibat ascendens jerosolymam. Et factum est cum appropinquasset
bethphage et bethanie ad montem qui vocatur oliveti misit duos discipulos suos
dicens. Ite in castellum quod contra est in quo intrantes invenietis pullum
asine alligatum cui nullus hominum unquam sedit. Solvite illum et adducite.
Et si quis vos interrogaverit quare solvitis sic dicetis ei. Quia dominus eum
necessarium habet. Abierunt autem qui missi fuerant et invenerunt sicut dixerat
illis stantem pullum. Solventibus autem illis pullum dixerunt domini ejus ad illos.
Quid solvitis pullum. Qui dixerunt. Quia dominus eum necessarium habet.
Et duxerunt illum ad jesum et jactantes vestimenta sua in pullum imposuerunt
jesum. Ascendentibus autem illis sternebant vestimenta sua sub pedibus ejus.
Et cum jam proximaret ad descensum montis oliveti cœpit omnis multitudo
discipulorum gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quibus viderant
virtutibus dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini. In celo pax
et gloria in excelsis. Et quidam pharisæorum de turba dixerunt ad illum.
Magister increpa discipulos tuos. Et respondens ait illis. Dico vobis quia si hi
tacuerint lapides clamabunt. Et ut appropinquavit videns civitatem flevit super
illam dicens. Quia si cognovisses et tu et quidem in hac die tua que ad pacem
tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te et circumdabunt
te inimici tui vallo et circumdabunt te et coangustabunt te undique et ad terram
prosternent te et filios tuos qui in te sunt et non relinquent lapidem super lapidem
in te eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Et ingressus templum cœpit
ejicere vendentes in illo et ementes dicens illis. Scriptum est. Quia domus mea
domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens
quotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et primates populi
quærebant illum perdere et non invenerunt quid facerent ei. Omnis enim populus
suspendebatur audiens illum. Et factum est in una dierum docente eo populum
in templo et evangelizante convenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus
et dixerunt ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis aut quis est qui dedit
tibi hanc potestatem. Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo et ego vos
unum verbum et respondete mihi. Baptismus johannis de celo erat an ex hominibus.
At illi cogitabant apud se dicentes. Quia si dixerimus de celo dicet. Quare non
credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus plebs universa lapidabit nos.
Certi enim sunt johannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset.
Et jesus ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Cœpit autem
ad plebem hanc parabolam dicere. Homo quidam plantavit vineam et locavit eam
agricolis et peregre fuit temporibus multis. Et in tempore misit ad agricolas
servum ut de fructu vineæ darent ei. Agricolæ autem eum cæsum dimiserunt
vacuum. Et addidit alium servum mittere. Illi autem et hunc cædentes et
contumelia afficientes dimiserunt vacuum. Et addidit tertium mittere. Illi autem
et hunc vulnerantes ejecerunt. Dixit autem dominus vineæ. Quid faciam. Mittam
filium meum dilectum forsitan cum hunc viderint verebuntur. Quem cum vidissent
agricolæ cogitaverunt inter se dicentes. Hic est hæres venite occidamus eum ut
nostra fiat hæreditas. Et ejicientes eum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet
illis dominus vineæ. Veniet et perdet colonos istos et dabit vineam aliis. Quod
audientes dixerunt illi absit. Qui autem respiciens eos ait. Quid est ergo hoc
quod scriptum est. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes hic factus est in caput
anguli. Omnis qui ceciderit super lapidem istum conquassabitur. Super quem
autem ceciderit comminuet eum. Et quærentes principes sacerdotum et scribe
mittere in illum manus in ipsa hora timuerunt populum. Cognoverunt enim
quoniam ad ipsos parabolam hanc dixerit. Et observantes misit insidiatores
qui se justos simularent ut caperent eum in sermone et traderent illum principatui
et potestati præsidis. Et interrogaverunt eum dicentes. Magister scimus quia
recte dicis et doces et non accipis personam sed viam dei in veritate docens.
Licet nobis tributum dare cesari an non. Considerans autem dolum illorum
dixit ad illos. Quid me tentatis. Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem
et inscriptionem. Respondentes dixerunt. Cesaris. Ait illis. Reddite ergo quæ
sunt cesaris cesari et quæ sunt dei deo. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere
coram plebe et mirati in responso ejus tacuerunt. Accedentes autem quidam
sadducæorum qui negant resurrectionem dicere interrogaverunt eum dicentes.
Magister moyses scripsit nobis. Si cujus frater mortuus fuerit habens uxorem
et hic sine liberis fuerit ut accipiat frater ejus uxorem illius et suscitet semen
fratri suo. Septem ergo fratres erant et primus accepit uxorem et mortuus est
sine liberis. Et secundus accepit uxorem illius et hic mortuus est sine filio.
Et tertius accepit illam similiter autem et omnes septem non dimiserunt filios
et mortui sunt. Novissima autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione
ergo cujus eorum erit uxor. Septem enim habuerunt uxorem. Et ait illis jesus.
Filii hujus seculi nubunt et traduntur ad nuptias. Illi autem qui digni habebuntur
seculo illo et resurrectione ex mortuis neque nubent neque uxores ducent. Neque
enim mori ultra poterunt. Equales enim angelis sunt et filii sunt dei cum sint
filii resurrectionis. Quod autem resurgant mortui et moyses ostendit secus rubum
sicut dicit dominum deum abraham et deum isaac et deum jacob. Deus autem non
est mortuorum sed vivorum. Omnes enim vivunt ei. Respondentes autem quidam
scribarum dixerunt. Magister bene dixisti. Et amplius eum jam non audebant
interrogare ullum. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filium david esse.
Et ipse david dicit in libro psalmorum. Dixit dominus domino meo sede a dextris
meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. David ergo dominum
eum vocat et unde filius ejus est. Audiente autem omni populo dixit discipulis
suis. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis et amant salutationes in
foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in cenis. Qui devorant
domos viduarum simulantes longam orationem. Hi accipient prolixius judicium.

Intuens autem divites qui mittebant munera sua in gazophylacium vidit autem
et quandam viduam pauperculam mittentem minuta duo. Et ait. Vere dico vobis
quia vidua hec pauper plus quam omnes misit. Omnes enim hi ex abundanti
sibi miserunt in munera dei. Hec autem de inopia sua omnem victum quem habuit
misit. Quidam autem dicebant de templo quod bonis lapidibus et donis ornatum
esset. Dixit. Hec quæ videtis venient dies in quibus non relinquetur lapis super
lapidem qui non destruatur. Interrogaverunt autem illum dicentes. Magister
quando hec erunt et quod signum cum fieri incipiunt hec. Qui dixit. Videte
ne seducamini multi enim venient in nomine meo dicentes. Quia ego sum et
tempus appropinquavit. Nolite ergo ire post eos. Cum audieritis autem prælia
et seditiones nolite terreri. Oportet enim hec primum fieri sed non statim finis.
Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum.
Terræmotus magni erunt per loca et pestilentiæ et fames terroresque de celo
signaque magna erunt. Sed ante hec omnia injicient vobis manus suas et persequentur
tradentes in synagogas et custodias trahentes ad reges et presides propter nomen
meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris
non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam
cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Tradentur autem
a parentibus et fratribus et cognatis et amicis et morte afficient ex vobis. Et eritis
odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit.
In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari
ab exercitu jerusalem tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus. Tunc qui
in judea fugiant ad montes et qui in medio ejus discedant et qui in regionibus
non intrent in eam. Quoniam dies ultionis hi sunt ut impleantur omnia que
scripta sunt. Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus erit enim
pressura magna super terram et ira populo huic. Et cadent in ore gladii et captivi
ducentur in omnes gentes et jerusalem calcabitur a gentibus donec impleantur
tempora nationum. Et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura
gentium præ confusione sonitus maris et fluctuum. Arescentibus hominibus præ
timore et expectatione que supervenient universo orbi. Nam virtutes celorum
movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate
magna et majestate. Cum autem hec fieri incipient respicite et levate capita
vestra quia appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte
ficulneam et omnes arbores. Cum producunt jam fructum scientes quod prope
sit æstas. Ita et vos cum videritis hec fieri scitote quia prope est regnum dei.
Amen dico vobis quia non præteribit generatio hec donec omnia fiant. Cælum
et terra transibunt verba autem mea non præteribunt. Attendite autem vobis
ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis hujus vitæ et
supveniat in vos subitus dies illa. Tanquam laqueus enim superveniet in omnes
qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes ut
digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt et stare ante filium hominis.
Erat autem docens in templo exiens autem hospitabatur in monte qui vocatur
oliveti. Et mane omnis populus veniebat ad eum in templum audire eum.

Prope erat autem pascha et azima dies festus. Et quærebant principes sacerdotum
et scribe quomodo eum interficerent. Timebant autem populum. Intravit autem
satanas in judam qui cognominatus est scarioth unum de numero duodecim.
Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum
illum traderet eis. Et confessi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit.
Et quærebat opportunitatem ut traderet illum sine turba eis. Venit autem dies
azimorum in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et johannem dicens.
Euntes parate nobis pascha ut manducemus. Qui dixerunt ei. Ubi vis paremus.
Et ait illis. Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo amphoram
aquæ portans. Sequimini eum in domum in qua introibit. Et dicetis patri familias
domus. Dicit tibi magister. Ubi est refectio ubi pascha cum discipulis meis
manducem. Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum. Et illic parate.
Euntes autem invenerunt sicut dixerat illis et paraverunt pascha. Et cum facta
esset hora discubuit et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideravi
hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis quia ex hoc
non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit
et dixit. Accipite et dividite inter vos. Dico enim vobis quia non bibam de
generatione vitis donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit et fregit
et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Hoc facite in
meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens. Hic calix
novum testamentum in sanguine meo qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce
manus tradentis me mecum est in mensa. Et filius quidem hominis secundum
quod diffinitum est vadit. Verumtamen væ homini illi per quem tradetur. Et
ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est
autem et contentio inter eos quis eorum videretur esse major. Qui dixit eis.
Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici
vocantur. Vos autem non sic sed qui major est in vobis fiat sicut minor et qui

corrigũ eius fuerũ. eum. Ipse uos baptizabit in spũ scõ
& igne. cuius ventilabrũ in manu eius. & purgabit aream suã
& congregabit triticũ in horreũ suũ. palea uero cõburet
igni inextinguibili. Tunc venit ihesus a galilea in iordanem
ad iohannem ut baptizaret ab eo. Iohannes autẽ prohibebat
eum dicens. Ego a te debeo baptizari & tu uenis ad me. Et
respondens ihesus dixit ei. Sine modo. sic enim decet nos
implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus
autẽ ihesus confestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt
ei cęli. & uidit spiritum dei descendentem sicut columbam
& uenientem super se. Et ecce uox de cęlis dicens. Hic est
filius meus dilectus. in quo mihi bene complacui. Tunc
ihesus actus est in desertum a spiritu ut temptaretur a
diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus postea esuriit. Et accedens temptator dixit
ei. Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant. Qui respon-
dens dixit. Scriptum est. non in solo pane uiuit homo sed
in omni uerbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit
eum diabolus in sanctam ciuitatem. & statuit eum super
pinnaculum templi. & dixit ei. Si filius dei es mitte te deor-
sum. Scriptum est enim. quia angelis suis mandauit de te.
& in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ait illi ihesus. Rursum scriptum est. non tentabis
dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in
montem excelsum nimis. & ostendit ei omnia regna mundi
& gloriam eorum. & dixit ei. Hęc omnia tibi dabo si cadens
adoraueris me. Tunc dicit ei ihesus. Vade retro satana.
scriptum est enim. dominum deum tuum adorabis & illi soli
seruies. Et dimisit eum diabolus. & ecce angeli accesserunt
& ministrabant ei. Cum autem audisset ihesus quod iohannes
traditus esset. secessit in galileam. & relicta ciuitate
nazareth uenit habitauit in capharnaum maritima in finibus
zabulon & nepthalim. ut impleretur quod dictum est per
isaiam prophetam dicentem. Terra zabulon & terra nepthalim
uia maris trans iordanem galilea gentium. populus qui
sedebat in tenebris lucem uidit magnam. & sedentibus in
regione & umbra mortis lux orta est eis. Exinde cepit ihesus
predicare & dicere. Penitentiam agite. appropinquabit enim
regnum celorum. Ambulans autem ihesus iuxta mare galilee
uidit duos fratres. simonem qui uocatur petrus & andream
fratrem eius mittentes rete in mare. erant enim piscatores.
Et ait illis. Venite post me. & faciam uos fieri piscatores
hominum. Illi autem continuo relictis retibus secuti sunt
eum. Et cum inde processisset uidit alios duos fratres. iacobum
zebedei & iohannem fratrem eius in nauicula cum zebedeo
patre eorum reficientes retia sua. & uocauit eos. Illi autem
continuo relictis retibus & patre suo secuti sunt eum. Et
circuibat ihesus totam galileam docens in synagogis eorum
& predicans euangelium regni & sanans omnem languorem
& omnem infirmitatem in populo. Et abiit fama eius in
totam syriam. & obtulerunt ei omnes male habentes uarias
languoribus & tormentis comprehensos. & qui dęmonia
habebant & lunaticos & paralyticos. & curauit eos. Et secute
sunt eum turbe multe de galilea & decapoli & ierusalem &
de iudea & de trans iordanem.

Videns autem turbas ascendit in montem. & cum sedisset
accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat
eos dicens. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum
celorum. Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram. Beati
qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt &
sitiunt iustitiam. quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes.
quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde.
quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici. quoniam filii dei
uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint
uobis homines & persecuti uos fuerint & dixerint omne malum
aduersum uos mentientes propter me. gaudete & exultate quoniam
merces uestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas
qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit
in quo salietur. ad nichilum ualet ultra nisi ut mittatur foras
& conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest
ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam
& ponunt eam sub modio. sed super candelabrum ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus. ut
uideant opera uestra bona & glorificent patrem uestrum qui in
celis est. Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas.
non ueni soluere sed adimplere. Amen dico uobis donec transeat
celum & terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege
donec omnia fiant. Qui ergo solauerit unum de mandatis istis
minimis & docuerit sic homines minimus uocabitur in regno
celorum. Qui autem fecerit & docuerit hic magnus uocabitur
in regno celorum. Dico enim uobis quia nisi abundauerit iustitia
uestra plus quam scribarum & pharisęorum non intrabitis in
regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis. non occides.
Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis
quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem
dixerit fratri suo raca reus erit concilio. Qui autem dixerit fratri
suo fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum
ad altare & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid
aduersum te. relinque ibi munus tuum ante altare & uade prius
reconciliari fratri tuo & tunc ueniens offeres munus tuum.
Esto consentiens aduersario tuo cito dum es cum illo in uia.
ne forte tradat te aduersarius iudici & iudex tradat te ministro
& in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec
reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est
antiquis. non mechaberis. Ego autem dico uobis quia omnis
qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est
eam in corde suo. Si autem oculus tuus dexter scandalizat te
eruе eum & proice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum & non totum corpus tuum mittatur in
gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscide eam
& proice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum membrorum
tuorum & non totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum
est autem quicumque dimiserit uxorem suam det illi libellum
repudii. Ego autem dico uobis quia omnis qui dimittit uxorem
suam excepta fornicationis causa facit eam mechari & qui
dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictum est
antiquis. non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua.
Ego autem dico uobis non iurare omnino. neque per celum quia
thronus dei est. neque per terram quia scabellum est pedum
eius. neque per hierusalem quia ciuitas est magni regis. neque
per caput tuum iures quia non potes unum capillum album
facere aut nigrum. Sit autem sermo uester est est. non non.
quod autem his abundantius est a malo est. Audistis quia
dictum est. oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego autem
dico uobis non resistere malo. sed si quis te percusserit in
dexteram maxillam tuam. prębe illi & alteram. Et ei qui
uult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere. dimitte
illi & pallium. Et quicumque angariauerit te mille passus
uade & alia duo. Qui petit a te tribue. & uolenti mutuari
a te ne auertaris. Audistis quia dictum est. diliges proximum
tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis
diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt uos. & orate
pro persequentibus & calumniantibus uos. ut sitis filii patris
uestri qui in celis est. qui solem suum oriri facit super bonos
& malos. & pluit super iustos & injustos. Si enim diligitis
eos qui uos diligunt quam mercedem habebitis. nonne & publicani
hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros tantum quid
amplius facitis. nonne & ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos
perfecti sicut & pater uester celestis perfectus est. Attendite
autem ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut
uideamini ab eis. alioquin mercedem non habebitis apud patrem
uestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli tuba
canere ante te. sicut ypocrite faciunt in synagogis & in uicis
ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt
mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua. ut sit elemosina tua in abscondito
& pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi in manifesto.
Et cum oratis non eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis
& in angulis platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus.
Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum
oraueris intra in cubiculum tuum & clauso ostio tuo ora patrem
tuum in abscondito & pater tuus qui uidet in abscondito reddet
tibi in manifesto. Orantes autem nolite multum loqui sicut
ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.
Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit
uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater noster
qui es in celis. sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum
tuum. Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra. Panem nostrum
cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut
& nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
temptationem. sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis
hominibus peccata eorum dimittet & uobis pater uester celestis
delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus nec pater
uester dimittet peccata uestra. Cum autem ieiunatis nolite fieri
sicut ypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant
hominibus ieiunantes. Amen dico uobis receperunt mercedem
suam. Tu autem ieiunans unge caput tuum & faciem tuam lava.
ne uideas hominibus ieiunans. sed patri tuo qui in abscondito est.
& pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi in manifesto.
Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. ubi erugo & tinea
demolitur. & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem
uobis thesauros in celo. ubi neque erugo neque tinea demolitur.
& ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus
tuus ibi est & cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum
erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre
quante erunt. Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim
unum odio habebit & alterum diliget. aut unum sustinebit &
alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mamone. Ideo
dico uobis ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis neque
corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam
esca & corpus plus quam uestimentum. Respicite uolatilia celi
quoniam non seminant neque metunt neque congregant in horrea
& pater uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis
illis. Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam
suam cubitum unum. Et de uestimento quid solliciti estis.
Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant neque
nent. Dico autem uobis quod nec Salomon in omni gloria sua
coopertus fuit sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod
hodie est & cras in clibanum mittitur deus sic uestit quanto
magis uos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec enim
omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester celestis quia
horum omnium indigetis. Quęrite autem primum regnum dei
& iustitiam eius & hec omnia adicientur uobis. Nolite ergo
esse solliciti in crastinum. crastinus enim dies sollicitus erit
sibi ipsi. sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare ut non
iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini &
in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Quid autem
uides festucam in oculo fratris tui & trabem in oculo tuo non
uides. aut quomodo dicis fratri tuo. Frater sine eiciam festucam
de oculo tuo & ecce trabs in oculo tuo. Ypocrite eice primum
trabem de oculo tuo & tunc uidebis eicere festucam de oculo
fratris tui. Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas
uestras ante porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis & conuersi
dirumpant uos. Petite & dabitur uobis. querite & inuenietis.
pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit & qui
querit inuenit & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo
quem si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei.
Aut si piscem petierit numquid serpentem porriget ei. Si ergo
uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto
magis pater uester qui in celis est dabit bona petentibus se.
Omnia ergo quecumque uultis ut faciant uobis homines & uos
facite illis. Hec est enim lex & prophete. Intrate per angustam
portam. quia lata porta & spatiosa uia est que ducit ad perditionem
& multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arta
uia est que ducit ad uitam & pauci sunt qui inueniunt eam.
Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum
cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis
ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem
arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus
facere neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor que
non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Igitur
ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi
domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit uoluntatem
patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum.
Multi dicent mihi in illa die. domine domine nonne in nomine
tuo prophetauimus & in nomine tuo demonia eiecimus & in
nomine tuo uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis
quia nunquam noui uos. discedite a me qui operamini iniquitatem.
Omnis ergo qui audit uerba mea hec & facit ea similabo eum
uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Et
descendit pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti & irruerunt
in domum illam & non cecidit. fundata enim erat super petram.
Et omnis qui audit uerba mea hec & non facit ea similis erit
uiro stulto qui edificauit domum suam supra arenam. Et descendit
pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti & impegerunt in
domum illam & cecidit & fuit ruina eius magna. Et factum est
cum consummasset ihesus uerba hec. mouebantur turbe super
doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens &
non sicut scribe eorum & pharisei. Descendente autem eo de
monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus uenit &
adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et
extendens ihesus manum tetigit eum dicens. Volo mundare.
Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide
nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti & offer munus
quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset
capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum & dicens.
Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.
Et ait ihesus. Ego ueniam & curabo eum. Et respondens centurio
ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed
tantum dic uerbo & sanabitur puer meus. Nam & ego homo
sum sub potestate constitutus habens sub me milites & dico huic
uade & uadit & alii uenit & uenit & seruo meo fac hoc & facit.
Audiens autem ihesus admirans dixit sequentibus se. Amen
dico uobis apud nullum in israel tantam fidem inueni. Dico
autem uobis quod multi ab oriente & occidente uenient & recumbent
cum abraham & isaac & iacob in regno celorum. Filii autem
regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor
dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade & sicut credidisti
fiat tibi. Et sanatus est puer in hora illa. Et cum uenisset
ihesus in domum petri uidit socrum eius iacentem & febricitantem
& tetigit manum eius & dimisit eam febris & surrexit & ministrabat
illis. Vespere autem facto obtulerunt ei multos male habentes
& dęmonia habentes & curauit eos. Et secute sunt eum turbe
multe de galilea & decapoli & ierusalem & de iudea & de trans
iordanem. Videns autem ihesus turbas ascendit in montem &
cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os
suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum
est regnum celorum. Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram.
Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt
& sitiunt iustitiam. quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes.
quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde.
quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici. quoniam filii dei
uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint
uobis homines & persecuti uos fuerint & dixerint omne malum
aduersum uos mentientes propter me. gaudete & exultate quoniam
merces uestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas
qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit
in quo salietur. ad nichilum ualet ultra nisi ut mittatur foras
& conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest
ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam
& ponunt eam sub modio. sed super candelabrum ut luceat omnibus
qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus. ut
uideant opera uestra bona & glorificent patrem uestrum qui in
celis est. Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas.
non ueni soluere sed adimplere. Amen dico uobis donec transeat
celum & terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege
donec omnia fiant. Qui ergo solauerit unum de mandatis istis
minimis & docuerit sic homines minimus uocabitur in regno
celorum. Qui autem fecerit & docuerit hic magnus uocabitur
in regno celorum. Dico enim uobis quia nisi abundauerit iustitia
uestra plus quam scribarum & pharisęorum non intrabitis in
regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis. non occides.
Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico uobis
quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem
dixerit fratri suo raca reus erit concilio. Qui autem dixerit fratri
suo fatue reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum
ad altare & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid
aduersum te. relinque ibi munus tuum ante altare & uade prius
reconciliari fratri tuo & tunc ueniens offeres munus tuum.
Esto consentiens aduersario tuo cito dum es cum illo in uia.
ne forte tradat te aduersarius iudici & iudex tradat te ministro
& in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec
reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est
antiquis. non mechaberis. Ego autem dico uobis quia omnis
qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est
eam in corde suo. Si autem oculus tuus dexter scandalizat te
eruе eum & proice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum & non totum corpus tuum mittatur in
gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscide eam
& proice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum membrorum
tuorum & non totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum
est autem quicumque dimiserit uxorem suam det illi libellum
repudii. Ego autem dico uobis quia omnis qui dimittit uxorem
suam excepta fornicationis causa facit eam mechari & qui
dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictum est
antiquis. non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua.
Ego autem dico uobis non iurare omnino. neque per celum quia
thronus dei est. neque per terram quia scabellum est pedum
eius. neque per hierusalem quia ciuitas est magni regis. neque
per caput tuum iures quia non potes unum capillum album
facere aut nigrum. Sit autem sermo uester est est. non non.
quod autem his abundantius est a malo est. Audistis quia
dictum est. oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego autem
dico uobis non resistere malo. sed si quis te percusserit in
dexteram maxillam tuam. prębe illi & alteram. Et ei qui
uult tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere. dimitte
illi & pallium. Et quicumque angariauerit te mille passus
uade & alia duo. Qui petit a te tribue. & uolenti mutuari
a te ne auertaris. Audistis quia dictum est. diliges proximum
tuum & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis
diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt uos. & orate
pro persequentibus & calumniantibus uos. ut sitis filii patris
uestri qui in celis est. qui solem suum oriri facit super bonos
& malos. & pluit super iustos & injustos. Si enim diligitis
eos qui uos diligunt quam mercedem habebitis. nonne & publicani
hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros tantum quid
amplius facitis. nonne & ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos
perfecti sicut & pater uester celestis perfectus est. Attendite
autem ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut
uideamini ab eis. alioquin mercedem non habebitis apud patrem
uestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli tuba
canere ante te. sicut ypocrite faciunt in synagogis & in uicis
ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt
mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua. ut sit elemosina tua in abscondito
& pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi in manifesto.
Et cum oratis non eritis sicut ypocrite qui amant in synagogis
& in angulis platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus.
Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum
oraueris intra in cubiculum tuum & clauso ostio tuo ora patrem
tuum in abscondito & pater tuus qui uidet in abscondito reddet
tibi in manifesto. Orantes autem nolite multum loqui sicut
ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.
Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit
uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater noster
qui es in celis. sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum
tuum. Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra. Panem nostrum
cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut
& nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
temptationem. sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis
hominibus peccata eorum dimittet & uobis pater uester celestis
delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus nec pater
uester dimittet peccata uestra. Cum autem ieiunatis nolite fieri
sicut ypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant
hominibus ieiunantes. Amen dico uobis receperunt mercedem
suam. Tu autem ieiunans unge caput tuum & faciem tuam lava.
ne uideas hominibus ieiunans. sed patri tuo qui in abscondito est.
& pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi in manifesto.
Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. ubi erugo & tinea
demolitur. & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem
uobis thesauros in celo. ubi neque erugo neque tinea demolitur.
& ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus
tuus ibi est & cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus.
Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum
erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre
quante erunt. Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim
unum odio habebit & alterum diliget. aut unum sustinebit &
alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mamone. Ideo
dico uobis ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis neque
corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam
esca & corpus plus quam uestimentum. Respicite uolatilia celi
quoniam non seminant neque metunt neque congregant in horrea
& pater uester celestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis
illis. Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam
suam cubitum unum. Et de uestimento quid solliciti estis.
Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant neque
nent. Dico autem uobis quod nec Salomon in omni gloria sua
coopertus fuit sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod
hodie est & cras in clibanum mittitur deus sic uestit quanto
magis uos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur. Hec enim
omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester celestis quia
horum omnium indigetis. Quęrite autem primum regnum dei
& iustitiam eius & hec omnia adicientur uobis. Nolite ergo
esse solliciti in crastinum. crastinus enim dies sollicitus erit
sibi ipsi. sufficit diei malitia sua. Nolite iudicare ut non
iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini &
in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Quid autem
uides festucam in oculo fratris tui & trabem in oculo tuo non
uides. aut quomodo dicis fratri tuo. Frater sine eiciam festucam
de oculo tuo & ecce trabs in oculo tuo. Ypocrite eice primum
trabem de oculo tuo & tunc uidebis eicere festucam de oculo
fratris tui. Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas
uestras ante porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis & conuersi
dirumpant uos. Petite & dabitur uobis. querite & inuenietis.
pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit & qui
querit inuenit & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo
quem si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei.
Aut si piscem petierit numquid serpentem porriget ei. Si ergo
uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris quanto
magis pater uester qui in celis est dabit bona petentibus se.
Omnia ergo quecumque uultis ut faciant uobis homines & uos
facite illis. Hec est enim lex & prophete. Intrate per angustam
portam. quia lata porta & spatiosa uia est que ducit ad perditionem
& multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arta
uia est que ducit ad uitam & pauci sunt qui inueniunt eam.
Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum
cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis
ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem
arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus
facere neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor que
non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Igitur
ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi
domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit uoluntatem
patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum.
Multi dicent mihi in illa die. domine domine nonne in nomine
tuo prophetauimus & in nomine tuo demonia eiecimus & in
nomine tuo uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis
quia nunquam noui uos. discedite a me qui operamini iniquitatem.
Omnis ergo qui audit uerba mea hec & facit ea similabo eum
uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Et
descendit pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti & irruerunt
in domum illam & non cecidit. fundata enim erat super petram.
Et omnis qui audit uerba mea hec & non facit ea similis erit
uiro stulto qui edificauit domum suam supra arenam. Et descendit
pluuia & uenerunt flumina & flauerunt uenti & impegerunt in
domum illam & cecidit & fuit ruina eius magna. Et factum est
cum consummasset ihesus uerba hec. mouebantur turbe super
doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens &
non sicut scribe eorum & pharisei. Descendente autem eo de
monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus uenit &
adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et
extendens ihesus manum tetigit eum dicens. Volo mundare.
Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide
nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti & offer munus
quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset
capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum & dicens.
Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.
Et ait ihesus. Ego ueniam & curabo eum. Et respondens centurio
ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed
tantum dic uerbo & sanabitur puer meus. Nam & ego homo
sum sub potestate constitutus habens sub me milites & dico huic
uade & uadit & alii uenit & uenit & seruo meo fac hoc & facit.
Audiens autem ihesus admirans dixit sequentibus se. Amen
dico uobis apud nullum in israel tantam fidem inueni. Dico
autem uobis quod multi ab oriente & occidente uenient & recumbent
cum abraham & isaac & iacob in regno celorum. Filii autem
regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor
dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade & sicut credidisti
fiat tibi. Et sanatus est puer in hora illa. Et cum uenisset
ihesus in domum petri uidit socrum eius iacentem & febricitantem
& tetigit manum eius & dimisit eam febris & surrexit & ministrabat
illis. Vespere autem facto obtulerunt ei multos male habentes
& dęmonia habentes & curauit eos. Et secute sunt eum turbe
multe de galilea & decapoli & ierusalem & de iudea & de trans
iordanem.

Quis est qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Et cognouit autem ihesus cogitationes eorum: respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus uestris? quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata, an dicere surge et ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis potestatem habet dimittendi peccata, ait paralytico: tibi dico surge, tolle lectum tuum et ambula. Et continuo surgens coram illis tulit lectum in quo iacebat, et abiit domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes et magnificabant deum et repleti sunt timore dicentes: quia uidimus mirabilia hodie.

Et post hec exiit et uidit publicanum nomine leui sedentem ad theloneum et ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit conuiuium magnum leui in domo sua. Et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbebant. Et murmurabant pharisei et scribe eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit? Et respondens ihesus dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Non enim uenit iustos uocare sed peccatores ad penitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli iohannis ieiunant frequenter, et obsecrationes faciunt, similiter et pharisei, tui autem edunt et bibunt? Cui ihesus ait: Numquid potestis filios sponsi facere ieiunare quamdiu cum illis est sponsus? Sed uenient dies cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem et similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram a uestimento nouo immittit, alioquin et nouum rumpit, et ueteri non conuenit commissura a nouo. Et non mittit uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpet uinum nouum utres et ipsa perdentur, sed uinum nouum in utres nouos mittendum est et utraque conseruantur. Et nemo bibens ueterem statim nouum uult, dicit enim: ueterem melius est.

Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sata, et uellebant discipuli eius spicas et manducabant confricantes manibus. Quidam autem pharisaeorum dixerunt illis: Quid facitis quod non licet sabbatis facere? Et respondens ihesus ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecerit dauid, cum esuriret ipse et qui cum eo erat, quomodo intrauerit in domum dei, et panes propositionis sumpserit, et manducauerit, dederit quoque his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi solis sacerdotibus? Et dicebat illis quia dominus est filius hominis etiam sabbati.

Factum est autem in sabbato alio, ut intraret in synagogam et docet. Et erat ibi homo cui manus aridam. Et obseruabant autem scribe et pharisei si sabbato curaret, ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse uero sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam: Surge et sta in medium. Et exurgens stetit. Ait autem ad illos ihesus: Interrogo uos si licet sabbatis benefacere an male? Animam saluam facere an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, et loquebatur ad inuicem quid nam facerent ihesu.

Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos suos et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit petrum, et andream fratrem eius, iacobum et iohannem, philippum et bartholomeum, matheum et thomam, iacobum alphei et simonem qui uocatur zelotes, et iudam iacobi et iudam scarioth qui fuit traditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, et turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab tota iudea et hierusalem et maritima et tyri et sidonis, qui uenerunt ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui uexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quaerebat eum tangere quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis quia saturabimini. Beati qui nunc fletis quia ridebitis. Beati eritis cum uos oderint homines et cum segregauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tamquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate ecce enim merces uestra multa est in caelo. Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum.

Uerumtamen ue uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram. Ue uobis qui saturati estis qui ridetis nunc quia lugebitis et flebitis. Ue cum bene uobis dixerint omnes homines. Secundum haec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed uobis dico qui audistis: diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, benedicite maledicentibus uobis, orate pro calumniantibus uobis. Et qui te percutit in maxillam praebe illi et alteram. A tollenti quoque tibi et tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, et qui aufert quae tua sunt ne repetieris. Et prout uultis ut faciant uobis homines, facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt, quae uobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis bene facitis, quae uobis est gratia? Nam et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quae gratia est uobis? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur ut recipiant aequalia. Verumtamen diligite inimicos uestros, et benefacite, et mutuum date nihil inde sperantes, et erit merces uestra multa, et eritis filii altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes sicut et pater uester misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimini. Nolite condemnare et non condemnabimini. Dimittite, et dimittetur uobis. Date et dabitur uobis. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et superfluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur uobis. Dicebat autem similitudinem eis: Numquid potest caecus caecum ducere, nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum, perfectus autem omnis erit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quae in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine eiciam festucam quae est in oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non uidens? Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quae faciat fructum malum, neque arbor mala faciens fructum bonum. Unaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Non enim de spinis colligunt ficus neque de rubo uindemiant botrum. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, et malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me domine domine, et non facitis quae dico? Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini aedificanti domum qui fodit in altum et posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta illisus est fluuius domui illi, et non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui autem audit et non facit, similis est homini aedificanti domum suam super terram sine fundamento, in quam illisus est fluuius, et continuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna.

Cum autem implesset omnia uerba sua in auribus plebis, introiit capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus malus habens erat morturus, qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de ihesu, misit ad eum seniores iudaeorum rogans eum ut ueniens saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad ihesum, rogabant eum sollicite dicentes ei: quia dignus est ut hoc illi praestet, diligit enim gentem nostram, et synagogam ipse aedificauit nobis. Ihesus autem iturus cum illis, et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos dicens ei: Domine noli uexari, non enim dignus sum ut sub tectum meum intres, propter quod nec me ipsum existimaui dignum ad te uenire, sed dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic uade et uadit, et alio uenite et uenit, et seruo meo fac hoc et facit. Quae cum audisset ihesus, miratus est, et conuersus sequentibus se turbis dixit: Amen dico uobis, nec in israel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum sanum inuenerunt seruum qui languerat sanum.

Et factum est deinceps ut iret in ciuitatem quae uocatur naym, et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret portae ciuitatis, ecce efferebatur mortuus filius unigenitus matri suae, et haec uidua erat, et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dominus misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Et ait: Adolescentule, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, et coepit loqui. Et dedit illum matri suae.

sceris rubi diem surge. Et resedit qui erat mortuus. et
apprehendit manum illius mansuete. Accepit autem eum timor.
et magnificabant deum dicentes. quia prophetam magnum surrexit
in nobis. et quia deus visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo
in omnem iudeam de eo. et in omnem circa regionem. Et nuntiauerunt
ei iohannes discipuli eius de omnibus.

Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes et misit ad dominum
dicens. tu es qui uenturus es an alium expectamus. Cum autem
uenissent ad eum uiri dixerunt. Iohannes baptista misit nos
ad te dicens. tu es qui uenturus es an alium expectamus. In
illa autem hora curauit multos a languoribus et plagis et spiritibus
malis. et cecis multis donauit uisum. et respondens dixit illis.
euntes renuntiate iohanni quae audistis et uidistis. caeci
uident claudi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui
resurgunt. pauperes euangelizantur. et beatus est qui non
fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii
iohannis. coepit de iohanne dicere ad turbas. quid existis in
desertum uidere harundinem uento motam. Sed quid existis uidere
hominem mollibus uestimentis indutum? ecce qui in ueste pretiosa
et deliciis sunt in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere
prophetam? Etiam dico uobis et plus quam prophetam. hic est
enim de quo scriptum est. ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam. qui praeparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis. Non
surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. Qui autem
minor est in regno dei. maior est illo. Et omnis populus audiens et publicani
iustificauerunt deum. baptizati baptismo iohannis. Pharisaei
autem et legis periti. consilium dei spreuerunt in semetipsos
non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam homines generationis
huius. et cui similes sunt. Similes sunt pueris sedentibus in
foro. et loquentibus ad inuicem. et dicentibus. Cantauimus uobis et
non saltastis. lamentauimus et non planxistis. Venit enim
iohannes baptista. neque manducans panem. neque bibens uinum. et
dicitis demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens. et
dicitis. Ecce homo uorator. et potator. amicus publicanorum
et peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis
eius.

Rogabat autem illum quidam pharisaeus ut manducaret cum illo.
et ingressus domum pharisaei discumbebat. Et ecce mulier
quae erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit quod accubuisset in
domo pharisaei. attulit alabastrum unguenti. et stans retro
secus pedes eius. lacrimis coepit rigare pedes eius. et capillis
capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius. et unguento
ungebat. Videns autem pharisaeus qui uocauerat eum.
ait intra se dicens. hic si esset propheta sciret utique quae et
qualis est mulier quae tangit eum. quia peccatrix est. Et respondens
iesus dixit ad illum. simon habeo tibi aliquid dicere. At ille. magister. dic
ait. Duo debitores erant cuidam foeneratori. unus debebat denarios quingentos. et alius quinquaginta.
non habentibus illis unde redderent. donauit utrisque.
quis ergo eum plus diliget? Respondens simon dixit. Existimo
quia is cui plus donauit. Ille dixit ei. Recte iudicasti. Et
conuersus ad mulierem dixit simoni. Videsne hanc mulierem? intraui in domum tuam. aquam pedibus meis non dedisti
mihi. haec autem lacrimis rigauit pedes meos. et capillis suis tersit
eos. osculum mihi non dedisti. haec autem ex quo intraui. non cessauit
osculari pedes meos. oleo caput meum non unxisti. haec autem
unguento unxit pedes meos. propter quod dico tibi. remittuntur
ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Cui autem minus
dimittitur. minus diligit. dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et coeperunt qui simul accumbebant
dicere intra se. Qui est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit
autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. uade in pace.

Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat per ciuitates et castella. praedicans
et euangelizans regnum dei. Et duodecim cum illo. et
mulieres aliquae quae erant curatae a spiritibus malignis et
infirmitatibus. Maria quae uocatur magdalene. de qua septem
demonia exierant. et iohanna uxor chuzae procuratoris herodis
et susanna. et aliae multae quae ministrabant ei de facultatibus
suis. Cum autem turba plurima conueniret. et de ciuitatibus
properaret ad eum dixit per similitudinem. Exiit qui seminat
seminare semen suum. Et dum seminat. aliud cecidit secus uiam
et conculcatum est. et uolucres caeli comederunt illud. Aliud
cecidit supra petram. et natum aruit. quia non habebat humorem.
Et aliud cecidit inter spinas. et simul exortae spinae suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam. et ortum fecit fructum
centuplum. Haec dicens clamabat. qui habet aures audiendi audiat.
Interrogabant autem eum discipuli eius quae esset haec parabola. quibus
ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. ceteris autem
in parabolis. ut uidentes non uideant. et audientes non intelligant. Est autem haec parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam.
hi sunt qui audiunt. deinde uenit diabolus. et tollit uerbum de
corde eorum. ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram. qui
cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum. et hi radicem non
habent. qui ad horam credunt. et in tempore tentationis recedunt. Quod
autem in spinis cecidit. hi sunt qui audierunt. et a sollicitudinibus
et diuitiis et uoluptatibus uitae. euntes suffocantur. et non referunt fructum. Quod autem in terra bona. hi sunt qui in corde bono
et optimo audientes uerbum retinent. et fructum afferunt
in patientia.

Nemo autem lucernam accendens. operit eam uase. aut subter lectum ponit. sed
super candelabrum ponit. ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum quod
non manifestetur. nec absconditum quod non agnoscatur
et in palam ueniat. Videte ergo quomodo audiatis. qui enim habet
dabitur illi. et qui habet. et quod putat se habere auferetur
ab illo. Venerunt autem ad illum mater et fratres eius. et non poterant
adire eum prae turba. et nuntiatum est illi. Mater tua et fratres tui
stant foris. uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea et fratres mei hi sunt qui uerbum dei audiunt et faciunt.
Factum est autem in una dierum. et ipse ascendit in naviculam. et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus ad stagnum. et ascenderunt. Navigantibus autem illis obdormiuit. Et descendit procella uenti in stagnum. et complebantur. et periclitabantur.
Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes. Praeceptor praeceptor perimus. At ille surgens increpauit uentum. et tempestati. Et
cessauit. et facta est tranquillitas magna. Dixit autem illis. Ubi
est fides uestra? Quidam timentes. mirati sunt dicentes ad inuicem. Quis
putas hic est. quia et uentis imperat et mari. et obediunt ei.
Et navigauerunt ad regionem gerasenorum. quae est contra
Galilaeam. Et cum egressus esset ad terram. occurrit illi uir quidam
qui habebat daemonium. a temporibus multis. et uestimento
non induebatur. nec in domo manebat. sed in monumentis. Is ut uidit iesum. procidit ante illum. et exclamans
uoce magna dixit. Quid mihi et tibi est iesu fili dei altissimi
obsecro te ne me torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo ut
exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum. et uinciebatur
catenis et compedibus seruatus. et rumpebat uincula. et agebatur
a daemonio in deserta. Interrogauit autem illum iesus dicens. Quod tibi nomen est? Ille dixit. Legio. quia intrauerant
daemonia multa in eum. Et rogabant illum ne imperaret
illis ut abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum
pascentium in monte. Et rogabant eum ut permitteret eis in illos
intrare. Et permisit illis. Exierunt ergo daemonia ab homine. et intrauerunt
in porcos. Et impetum fecit grex per praeceps in stagnum. et
suffocatus est. Quod cum uidissent qui pascebant. fugerunt.
et nuntiauerunt in ciuitatem et in agros. Exierunt autem uidere
quod factum est. et uenerunt ad iesum. et inuenerunt hominem de quo
daemonia exierant sedentem. et uestitum. et sanum mente ad pedes eius. et
timuerunt. Nuntiauerunt autem illis. qui uiderant quomodo
liberatus esset a legione. Et rogauerunt eum omnis multitudo
circuitus regionis gerasenorum ut discederet ab eis. quia timore
magno tenebantur. Ipse cum ascendisset naviculam reuertebatur.
Et rogabat illum uir a quo daemonia exierant ut cum
eo esset. Dimisit autem eum dicens. Redi domum tuam. et narra quanta
tibi fecerit deus. Et abiit per totam ciuitatem praedicans quanta
illi fecerit iesus.

Factum est autem cum rediisset iesus. excepit illum turba. erant enim
omnes exspectantes eum. Et ecce uenit homo cui nomen iairus. et ipse archisynagogus erat. et procidit ad pedes iesu. rogans eum ut intraret
in domum eius. quia filia unica erat illi. fere annorum
duodecim. et haec moriebatur. Et factum est dum iret. turbae comprimebant
eum. Et mulier quae erat in fluxu sanguinis. duodecim annis. quae
in medicos erogauerat omne substantiam suam. nec ab ullo
potuit curari. Accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti
eius. et confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait

ihūs. quis est qui me tetigit? negantibus aūt oībus dixit petrus. quis est qui me tetigit? et dicit quis me tetigit et dixit ihūs. tetigit me aliquis. Ego enim noui uirtutē de me exisse. Videns aūt mulier quia nō latuit. tremēs uenit. et prōcidit. aūt pedib illius. et obtulit coram tota plebe. quā ob causā tetigerit eū indicauit. et quō ol ppl̄o. et quādo cō festinus sanata sit. Ait illi. filia fides tua te saluam fecit. uade in pace. Adhuc illo loquente uenit quidā ad principē synagogē dicēs ei. quia mortua ē filia tua. noli uexare illū. Ihūs aūt audito hoc uerbo. respondit patri puellę. noli timere. crede tm̄. et salua erit. Et cū uenisset domū nō permisit secū intrare nisi petrū et iacobū. et iohānē fratrē eius. et matrem puellę. Flebant aūt omēs. et plangebāt eam. Ille dixit. nolite flere. nō ē enim mortua. sed dormit. et deridebant eum. sciētes quia mortua erat. ipse aūt ei manū eius. clamauit dicens. puella surge. Et reuersus ē spūs eius. et surrexit cōtinuo. Et iussit illi dari manducare. Et stupuerūt parentes eius. quibus precepit ne alicui dicerent quod factū erat.

Conuocatis aūt. xii. apl̄is. dedit illis uirtutē et potestatē sup oīa demonia. et ut languores curarent. et misit illos prędicare regnū dei. et sanare infirmos. et ait ad illos. nichil tuleritis in uia. neq; uirgā. neq; peram. neq; panē. neq; pecuniā. neq; duas tunicas habere. Et in quācūq; domū intraueritis ibi manete. et inde nō exeatis. et quicūq; nō receperit uos. exeuntes de ciuitate illa. et pulueręm pedū uestrorū excutite in testimoniū super illos. egressi aūt circuibāt per castella. euangelizando et curando ubiq;

Audiuit aūt herodes tetrarcha oīa quę fiebant ab eo. et hesitabat. eo q̄ dicebatur a quibusdā q̄ iohānes surrexerat a mortuis. A quibusdā aūt q̄ helias apparuit. Aliis aūt q̄ ppha unus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Iohānē ego decollaui. Quis aūt ē iste de quo audio ego talia? Et quērebat uidere eū. Et reuersi apli. narrauerūt illi cūcta quę fecerant. et assumpsit illos. secessit seorsum in locū desertū qui ē betsaida. Quod cū cognouissent turbe. secute sunt illū. Quos ille benigne suscipiens. loquebatur illis de regno dei. et eos qui cura indigebant sanabat.

Dies aūt cepit declinare. Et accedētes. xii. dixerūt illi. dimitte turbas ut euntes in castella. uicos q̄ circa sunt diuertant. et inueniāt escas. q̄. hic in loco deserto sumus. Ait aūt ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerūt. nō sunt nobis plus q̄ū. v. panes. et duo pisces. nisi forte nos eamus. et emamus in omnē hanc turbā escas. erant aūt fere uiri quasi. v. milia. Ait aūt ad discipulos suos. facite illos nobis discūbere p̄ cōuiuia quinq; quasi ordines. Et fecerunt. et discubuerunt oēs. Accepit aūt. v. panes hos. et duos pisces. respexit in cęlū. et benedixit illis. ac fregit. et dabat discipulis suis ponere ante turbā. Et manducauerūt oēs. et saturati sunt. Et sublatum ē quod superfuit eis. fragmentoꝝ cophini duodecim.

Et factum ē cū solus esset orans. erant cū illo discipuli. et interrogauit illos dicēs. Quē me dicūt esse turbę? At illi respondentes dixerūt. Iohannē baptistā. Alii aūt heliam. Alii q̄ ppha unus de prioribus surrexit. Dixit aūt illis. Vos autem quē me esse dicitis? Respondens simon petrus dixit. Xp̄m dei. At ille increpans illos. precepit ne cui dicerēt hoc dicens. q̄ oportet filiū hoīs multa pati. et reprobari a senioribus. et principibus sacerdotū et scribis. et occidi. et tertia die resurgere. dicebat aūt ad illos oēs. Si quis uult post me uenire. abneget semetipsum. et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere. perdet illā. nā qui perdiderit animam suam propter me. saluam faciet illam. Quid enim p̄dest homini si lucretur mundum totum. se ipso aūt perdito. et detrimentū sui faciat? nā quicūq; erubuerit me et meos sermones. hic filius hoīs erubescet. cū uenerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Dico aūt uobis uere. sunt aliq̄ de hic stantibus q̄ non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Factum ē aūt post hos dies octo. et assumpsit petrum et iacobum et iohannem. et ascendit in montem ut oraret. Et factum ē dū oraret. facies uultus eius altum. et uestimentum eius album. et refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo. erant aūt moyses et helias. uisi in maiestate. et dicebāt excessum

suum quem completurus erat in hierl̄. Petrus aūt et qui cum illo erant grauati erant somno. et euigilantes uiderūt maiestatem eius. et duos uiros qui stabant cum illo. Et factum ē dū discederent ab illo. ait petrus ad ihūm. Preceptor bonum ē nos hic esse. et faciamus tria tabernacula. unum tibi. unum moysi. unum helie. nesciens quid diceret. Adhuc aūt illo loquente. facta est nubes. et obumbrauit eos. et timuerunt intrantibus illis in nubem. Et uox facta ē de nube dicēs. hic ē filius meus dilectus. ipsum audite. Et dū fit uox. inuentus ē ihūs solus. et ipsi tacuerūt. et nemini dixerunt in illis diebus quicquā ex hijs quę uiderant.

Sequenti aūt die descendentibus illis de monte. occurrit illi turba. Et ecce uir de turba exclamauit dicēs. Magister obsecro te. respice in filium meum. quia unicus est mihi. Et ecce spūs apprehendit illum. et subito exclamat. et elidit. et dissipat eum cum elisione. uix discedit dilanians eum. Et rogaui discipulos tuos ut eicerent illum. et non potuerūt. Respondens aūt ihūs dixit. o generatio incredula et prauersa. usq; quo erimus apud uos? et patiar uos? Adduc huc filium tuum. Et cū accederet. elisit illum dem̄onium. et dissipauit. Et increpauit ihūs spūm immundum. et sanauit puerum. et reddidit illum patri eius. Stupebāt aūt omnes in magnitudine dei. Omnibus aūt mirantibus in omnibus quę faciebat. dixit ad discipulos suos. Ponite uos in cordibus uestris hos sermones. filius enim hoīs futurum ē ut tradatur in manus hoīm. At illi ignorabāt uerbum istud. et erat uelatum aūt eos. ut non sentirent illud. et timebāt interrogare eum de uerbo. Intrauit aūt cogitatio in eos. quis eorum maior. Ihūs aūt uidens cogitationem cordis illorum. apprehendit puerum. et statuit eum secum. et ait illis. Quicunq; hunc puerum receperit in nomine meo me recipit. Et quicunq; me receperit. recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes. hic maior ē. Respondens aūt iohannes dixit. Preceptor uidimus quendā in nomine tuo ejicientem dem̄onia. et prohibuimus eum. quia non sequitur nobiscū. Et ait ad illum ihūs. Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos. pro uobis est.

Factum ē aūt dū complerentur dies assumptionis eius. et ipse faciem suam firmauit ut iret hierl̄. Et misit nuntios ante conspectum suum. Et euntes intrauerunt in quandam ciuitatem samaritanorum. ut pararent illi. Et non receperunt eum quia facies eius erat euntis hierl̄. Cū uidissent aūt discipuli eius iacobus et iohannes. dixerunt. Domine uis dicimus ut ignis descendat de cęlo. et consumat illos? Et conuersus increpauit illos. et dixit. Nescitis cuius spūs estis. filius uero hoīs non uenit animas perdere. sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum ē aūt dum irent in uia. dixit quidam ad illum. Sequar te quocunq; ieris. Et ait illi ihūs. Vulpes foueas habent. et uolucres celi nidos. filius aūt hoīs non habet ubi caput reclinet. Alii aūt dixit. Sequere me. Ille aūt dixit. Domine permitte me prius ire et sepelire patrem meum. Dixit aūt illi ihūs. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos. tu aūt. nūntia regnū dei. Et alius aūt. Sequar te domine. sed permitte mihi renunciare his qui domi sunt. Ait aūt illi ihūs. Nemo mittens manum suam ad aratrum. et respiciens retro. aptus ē regno dei.

Post hec aūt designauit dominus et alios lxx. duos. et misit illos binos aūt facie sua in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse uecturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa. operarii aūt pauci. Rogate dominum messis. ut mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum. neq; peram. neq; calciamenta. et neminem per uiam salutaueritis. In quamcunq; domum introieritis. primum dicite pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis. requiescet super illum pax. Si aūt absque. reuertetur. In eadem aūt domo manete. edentes et bibentes quę apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quācunq; ciuitate intraueritis. et susceperint uos. manducate quę apponuntur uobis. et curate infirmos qui in illa sunt. et dicite illis. appropiauit in uos regnum dei. In quācunq; autem ciuitatem intraueritis. et non receperint uos. exeuntes in platea eius dicite. etiam pulueręm qui adhesit nobis de ciuitate uestra. excutimus in uos. uerumtamen hoc scitote. quia appropiauit regnum dei. Dico aūt uobis. quia sodomis in die illa remissius erit. quā illi ciuitati. Ve tibi chorozaim. Ve tibi bethsaida. quia si in tyro et sidone facte fuissent

fuisset uirtutes. q̄ mu ob̄ facere fuit: ob̄ malum te
nere sedentes penitēt. Veritēm̄ tyro t fidōiu re
missui sūt i iudicio q̄ uob. Et tu capharnaū nūd ade
tā exaltata. nūd adhēsisti nō demergeris. qui uos audit
me audit. t qui uos spernit me spernit. qui aūt me sp
nit. spernit eū qui me misit. Reuisi fuit. aūt septuaḡtā d
uo cū gaudio dicentes. dñe ꝑ demonia subiciūtur nob
in nōie tuo. Dixit aūt illis. Videbā satanā sicut fulgur cad
lo cadētē. Ecce dedi uobis potestē calcandi supra serpētes
t scorpiones. t sup̄ omnē uirtutē inimici. t nichil no
bis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere. q ꝑ spūs uob̄
subiciūtur. Gaudete aūt magis nōia uīa scripta sunt i cel.
In ipsa hora exultauit spūs sc̄o t dixit. Confitebor tibi dne
pater celi t terre. q̄ abscondisti hec a sapientibus t prudē
tibus t reuelasti ea paruulis. etiā pater. quōiā sic placuit ti
te. oīa mihi tradita sunt a patre meo. et nō scit quis
sit filius nisi pater. t quis sit pater nisi filius. t cui uolue
rit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit
illis. Beati oculi q̄ uidēt q̄ uidetis. dico enī uobis q̄ multi
reges et prophete uoluerunt uidere que uos uidetis. t nō
uiderūt. t audire q̄ audistis. t nō audierūt.

Et ecce quidā legis ꝑitus surrexit. tēptans eū t dicēs.
magister quid faciendo uitā ēternā possidebo. Ille dixit
ad illū. In lege quid scriptū ē. quō legis. Ille respōdēs dixit.
Diliges dominum deū tuū. ex toto corde tuo. t ex tota
anīa tua. et ex oībus uiribus tuis. et ex tota mente tua. et ꝓximū
tuū sicut te ipsū. dixitq; illi. Recte respondisti. hoc fac et uiues.
Ille aūt uolens iustificare se ipsū. dixit ad iesum. Et
quis est meus ꝓximus. Suscipiens aūt iesus dixit. Homo
quidā descendebat ab hierl i hierico. et incidit i latrones.
qui etiā despoliauerūt eū. et plagis impositis abierunt
semiuiuo relicto. Accidit aūt ut sacerdos quidā descē
deret eadem uia. et uiso illo ꝑterijt. Similit et leuita
cū esset secus locū et uidisset ꝑterijt. Samarites
aūt quidā iter faciēs. uenit secus eū. et uidēs eū mi
sericordia motus est. et approp̄iās alligauit uulnera eius. infū
dēns oleum et uinū. et ipōnēs illū i iumētū suū
duxit i stabulū. et curā eius egit. et altera die ꝓtulit
duos denarios. et dedit stabulario. et ait. Curam illi
habe. et quodcūq; supererogaueris. ego cū rediero reddā
tibi. Quis horū trium uidet ꝓximus fuisse illi qui in
cidit in latrones. Ille dixit. qui fecit misericordiam cum illo.
Et ait illi iesus. Vade et tu fac similit.

Factū ē aūt dū irēt. ipe intrauit quoddā castellū. et
mulier quedā martha nōie excepit illū in domū suā.
et huic erat soror nōie maria. q̄ etiā sedens secus pe
des dñi audiebat uerbū illius. Martha aūt satagebat
circa frequēs ministerū. Cui stans ait. Domine non
curas quod soror mea reliquit me solā ministrare. dic ergo illi ut me adiuuet. Et respōdēs dixit
illi dñs. Martha. Martha sollicita es et turbaris er
ga plurima. Porro unū ē necessariū. Maria optimam
partē elegit. q̄ nō auferetur ab ea.

Et factū ē cum esset iesus quodā oī loc. ut cessauit. ait q̄
dixit unus ex discipulis eius ad eū. dñe docē nos orare.
sicut et iohēs docuit discipulos suos. Et ait illis. Cū orā
tis. dicite. Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnū tu
um. Panē nr̄m cotidianū da nobis hodie. Et dimitte no
bis peccata nr̄a. etenim ipi dimittimus omni debenti nobi
Et ne nos inducas in temptationē.

Et ait ad illos. Quis ex uobis habebit amicū. et ibit ad illū media no
cte. et dicet illi. Amice commoda mihi tres panes. quoniam
amicus meus uenit de uia ad me. et nō habeo q̄ ponam
ante illū. Et ille deintus respōdens dicat. Noli mihi molestus
esse. iam ostium clausum est. et pueri mei mecū sunt in cubili.
non possum surgens dare tibi. Dico uobis. Si perseuerauerit pul
sans. dabit illi. surgens eo q̄ amicus
est illi. ꝓpter impudentiā tamen eius surget. et dabit illi quot
quot habet necessitatē. Et ego uobis dico. Petite et dabit uo
bis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur uobis.
omnis enī qui petit accipit. et q̄ querit inuenit. et pulsāti

aperietur. Quis aūt ex uobis patrē petit panē. numquid
lapidē dabit illi. aut si piscē. numquid pro pisce serpētē dabit
illi. aut si petierit ouū. numquid porriget illi scorpionē. Si
ergo uos cum sitis mali. nostis data bona dare filiis uestris. quāto
magis pater ur̄ de celo. dabit spūm bonū petentibus se.

Erat autē eiciens demoniū. et illud erat mutum. Et cū eiecisset de
monium locutus ē mutus. et admirate sunt turbe. q̄dā aut
ex eis dixerūt. In beelzebub ꝓncipe demoniorū. et
cet demonia. Et alii tēptantes. signū de celo querebāt ab eo.
Ipse aūt ut uidit cogitationes eorū dixit illis. Omne regnū in se ipm
diuisum desolabit. et domus supra domū cadet. Si aūt et sata
nas in se ipm diuisus ē. quomodo stabit regnū ipius. q̄
dicitis me in beelzebub eicere demonia. Filii uri in quo ei
cium. ipi uri iudices erūt. Porro si in digi
to dei eicio demonia. profecto peruenit in uos regnū dei. Cū fo
tis armatus custodit atrium suum. in pace sunt ea q̄ possidet. Si
aūt fortior illo superueniens uicerit eū. uniuersa ar
ma eius auferet. in quib; confidebat. et spolia eius distribuet.
Qui non est mecū. contra me est. et qui nō colligit mecū. dispergit.
Cū immundus spūs exierit ab hōie. ambulat per loca aquo
sa. requiē querens. et nō inueniēs. dicit. Reuertar in domū
meam unde exiui. et ueniens inuenit eā scopis mundatā
ornatamq; et tūc uadit. assumit. vii. alios spūs nequio
res se. et ingressi habitant ibi. et fiunt nouissima hominis illius
peiora priorib;.

Factū ē aūt ea ꝓ dicēret. extollens quedā mulier uocē de
turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit. et ubera q̄ sumpsi
sti. Ille dixit. Quinimo beati qui audiūt uerbū dei. et
custodiunt illud. Turbis aūt concurrentibus cepit dice. Gene
ratio ista. generatio nequā est. Signū quērit. et signū nō dabit ei
nisi signū ionē ꝓphē. Nā sicut ionas factus est signū ninuitis.
ita erit et filius hois generatiōi isti. Regina austri surge
et iudicio cū uiris generationis istius. et condēnabit il
los. q̄ uenit a finibus terre audire sapiam salomonis. et
ecce plus salomone hic. Viri niniuite surgent in iudi
cio cū generatione hac. et condēnabunt eā. q̄ penitentiā
egerunt i ꝓdicatione ionē. et ecce plus ionā hic.
Nemo lucernā accendit. et in abscōdito ponit. neq;
sub modio. sed sup̄ candelabrū. ut qui ingrediuntur
lumen uideāt. Lucerna corporis tui ē oculus tuus. Si oc
ulus tuus fuit simplex. totum corpus tuū lucidū erit.
Si aūt nequā fuit. et corpus tuū tenebrosū erit. Vide
ergo ne lumen q̄ in te ē. tenebre sint. Si ergo corpus tuum lu
cidū erit. nō habens aliquā partē tenebrarū. erit lu
cidum totum. et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Et cū loqueretur. rogauit illū quidā ꝓhariseus ut pran
deret apud se. et ingressus dispōsuit recubuit. Pha
riseus aūt cepit intra se reputare dicēs. quare nō lauit
se ante prandiū. Et ait dñs ad illū. Nūc uos ꝓ
harisei. q̄ deforis ē calicis et catini mundatis. q̄ aūt intus
ē uestr. plenū ē rapina et iniquitate. Stulti. nōne
qui fecit q̄ deforis ē. et q̄ dentro est fecit. Verūtamen
date elemosinam. et ecce oīa munda sunt uo
bis. Sed ue uob̄ ꝓhariseis. q̄ decimatis mentā et rutā. et
omne holus. et ꝑtergitis iudiciū et caritatē dei. Hec aūt oportuit fa
cere. et illa nō omittere. Ve uob̄ ꝓhariseis q̄ diligitis ꝓma
cathedras in synagogis. et salutationes in foro. Ve uob̄
quia estis ut monumenta. q̄ nō parent. et homines ambulantes su
pra nesciunt.

Respondēs aūt quidā ex legis ꝑitis. ait illi. Magister hec dicēs
contumeliā nobis quoq; facis. Ille aūt. Et uobis legis ꝑitis
ue. q̄ honeratis homines oneribus q̄ portari non possūt.
et ipsi uno digito ur̄o nō mouetis ea. Ve uobis q̄
edificatis monumenta ꝓphārum. patres aūt uri occiderunt
illos. ꝓfecto testificamini q̄ consentitis operibus patrum
uestrorum. quia quidē ipi eos occiderunt. uos aūt edificatis
eorum sepulchra. Propter hoc et sapia dei dixit. Mittā ad illos
ꝓphās et apostolos. et ex illis occident et ꝑsequentur. ut exquiratur sanguis omnium ꝓphārum. qui effusus ē a constitutione mūdi a ge
neratione ista. a sanguine abel iusti. usq; ad sanguinē za
charie. qui perijt inter altare et templū. ita dico uobis re

quiuntur ab hac generatione. Ve uobis legis pitis. qui tu
listis clauem scientie. ipi nō introistis. et eos qui introi
bant prohibuistis.

Cum hec ad illos diceret. ceperunt pharisei et legisperi
ti grauiter infestare. et os eius opprimere. insidiantes
ei. et querentes capere aliquid ex ore eius ut accusa
rent eū. Interea aūt turbis circūstantibus. ita ut se inui
cem conculcarent. cepit dicere ad discipulos suos. Attendite
a fermento pharisei. q̄ est ypocrisis. Nichil aūt opertū est q̄
non reuelabitur. neq; absconditū q̄ nō sciatur. quā ob rē q̄
nebris dixistis. i lumine dicentur. et q̄ ad aurem locu
ti estis in cubiculis. predicabūt sup tecta. Dico aūt uobis amicis
meis. ne terreamini ab his qui occidūt corpus. et post
hoc non habent amplius quid faciant. Ostendā aūt uobis quē
timeatis. timete eum qui postquā occiderit. habet potestatem mit
tere in gehennā. Ita dico uobis. hūc timete. Nōne. v. passeres
ueneunt dipondio. et unus ex illis non est in obli
one coram deo. Sed et capilli capitis uri omnes numerati sūt.
Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis. Dico
aūt uobis. Omnis quicūq; confessus fuerit me coram hominibus.
et filius hois confitebit illū coram angelis dei. Qui aūt negatus
fuerit me coram hominibus. negabitur coram angelis dei. Et omnis
qui dixerit uerbum in filium hois. remittetur ei. Ei aūt qui in spm
scm blasphemauerit. non remittetur ei. Cū aūt inducent
uos in synagogas et ad magistratus. et potestates. nolite cogi
tare quomodo aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spūs
enim scs docebit uos in ipsa hora quid oporteat dicere.
Ait aūt quidā ei de turba. Magister dic fratri meo ut diuidat
mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo quis me constituit iu
dicem aut diuisorem super uos. Dixit aūt ad illos. Videte
et cauete ab omni auaritia. quia non in abundantia cuiusquā ui
te eius est. ex his quę possidet. Dixit aūt similitudinem
ad illos dicens. Hominis cuiusdā diuitis uberes fructus
ager attulit. Et cogitabat intra se dicens. Quid faciam
quia non habeo quo congregabo fructus meos. Et dixit. Hoc
faciam. destruam horrea
mea. et maiora faciam. illuc congregabo omnia quę nata sunt
michi et bona mea. Et dicam ānime meę. Anima habes multa bona posita in annos
plurimos. requiesce. comede. bibe. epulare. Dixit aūt
illi deus. Stulte hac nocte. animam tuam repetunt a te. Quę
aūt parasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat. et non
est in deum diues. Dixit aūt ad discipulos suos. Ideo dico uobis.
nolite solliciti esse anime uestre quid manducetis. neq; corpori
uestro quod induamini. Anima plus est quam esca. et corpus plus
est quam uestimentum. Considerate coruos. quia non seminant neq; me
tunt. quibus non est cellarium. neq; horreum. et deus pascit illos.
Quanto magis uos pluris estis illis. Quis aūt uestrum cogitā
do. potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Si ergo neq;
quod minimum est potestis. quid de ceteris solliciti estis. Con
siderate lilia agri quomodo crescunt. non laborant. non
nent. Dico autem uobis. nec Salomon in omni gloria sua uesti
tus fuit sicut unum ex istis. Si aūt fenum quod hodie in agro
est. et cras in clibanum mittitur deus sic uestit. quanto mag
is uos pusillę fidei. Et uos nolite querere quid manducetis.
aut quid bibatis. et nolite in sublime tolli. Hęc enim omnia gen
tes mundi hūius querunt. Pater aūt uester scit quia his indigetis. Verumtā
men querite regnum dei. et hęc omnia adicientur uobis.
Nolite timere pusillus grex. quia placuit patri uestro dare
uobis regnum. Vendite quę possidetis. et date helemosinam.
Facite uobis ipsis sacculos qui non ueterascant. thesaurum non deficientem in
celis. quo fur non appropiat. neq; tinea corrumpit. Ubi enim
thesaurus uester est. ibi et cor uestrum erit. Sint lumbi uestri præ
cincti et lucerne ardentes. et uos similes hominibus exspectan
tibus dominum suum. quando reuertatur a nuptiis. ut cum uenerit et pul
sauerit. confestim aperiant ei. Beatus serui illi quos cum uene
rit dominus inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quod præ
cinget se et faciet illos discumbere. et transiens ministrabit illis.
Et si uenerit in secunda uigilia. et si in tertia uigilia uenerit. et
inuenerit ita inuenti fuerint serui illi. Hoc aūt scitote quia si sciret
pater familias qua hora fur uenturus. uigilaret utique. et non
sineret perfodi domum. Et uos estote parati. quia qua hora non
putatis filius hominis uenturus est. Ait aūt petrus. Dne. ad nos
ne hanc parabolam. an et ad omnes. Ait aūt dns. Quis putas
est fidelis dispensator et prudens. quem constituet dns super fa
miliam suam. ut det illis in tempore tritic[illegible] ueniens

ille seruus quē cū uenerit dns inuenerit ita facientē.
Vere dico uobis. quia super omnia quę possidet constituet illū. Si
dixerit seruus ille in corde suo. Moram facit dns me
uenire. et ceperit percutere pueros et ancillas. edere et bibere
et inebriari. ueniet dominus serui illius. in die qua non
sperat. et hora qua nescit. et diuidet eum. partemque eius cum
infidelibus ponet. Ille aūt seruus qui cognouit uoluntatem
dni sui et non præparauit. et non fecit pro uoluntate eius. uapulla
bit multis. Qui aūt non cognouit. et fecit digna plagis. ua
pulabit paucis. Omni aūt cui multum datum est. multum
quirent. Et cui commendauerunt multum. plus petent ab eo.
Ignem ueni mittere in terram. et quid uolo. nisi ut accendatur?
Baptisma aūt habeo baptizari. et quomodo coartor usq;
dum perficiatur. Putatis quia pacem ueni dare in terram?
Non dico uobis. sed separationem. Erunt enim ex hinc. v. in domo una di
uisi. tres in duobus. et duo in tribus dividentur. Pater diuisus
filius in patrem. filius in filium. mater in filiam. et filia in matrem.
Socrus in nurum suam. et nurus in socrum suam. Dicebat aūt
et ad turbas. Cū uideritis nubem orientem ab occidente. statim
dicitis. Imber uenit. et ita fit. Et cū austrum flantem. dici
tis quia æstus erit. et fit. Ypocrite. faciem terre. et cęli nos
tis probare. hoc aūt tps. quomodo non probatis? Quid aūt
et a uobis ipsis non iudicatis quod iustum? Cum aūt uadis cū
aduersario tuo ad principem. Id via da operam ut liberā
tur ab illo. ne forte trahat te ad iudicem. et iudex tradat te
exactori. et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi. non exies inde. donec et
nouissimum minutum reddas. tc.

Erant aūt quidam ibi et tps illo nūciantes illi de galileis quorum
sanguinem pilatus miscuit cum victimis eorum. Et respondens dixit
illis. putatis quod galilei isti pre omnibus galileis peccatores fuerint.
quia talia passi sunt? Non dico uobis. Sed nisi penitentiam habueritis.
omnes similiter peribitis. Sicut illi. xviii. octo super quos cecid
it turris in siloa et occidit eos. putatis quia ipsi debitores
fuerunt pre omnes homines habitantes in hierusalem? Non. di
co uobis. Sed nisi penitentiam habueritis. similiter peribitis.
Dicebat aūt hanc similitudinem. Arborem ficu habebat quidā plan
tatam in uinea sua. et uenit fructum in illa inuenit.
Dixit aūt ad colonum uinee. Ecce anni tres sunt ex quo uenio
et fructum in ficulnea hac et non inuenio. Succide ergo illam. ut
quid et terram occupat? At ille respondens dixit illi. Dne dimitte illam et hanc
nostram. usq; dum fodiam circa illam. et mittam stercora. et si quidem fecerit fructum.
Si aūt non. succides eam. Docebat in una sinagoga eorum sabba
tis. et ecce mulier quę habebat spm infirmitatis annis. xviii. et erat infirma
tur. Quam cum uidisset ihs. uocauit ad se. et
dixit illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et posuit illi
manus. et confestim erecta est. et glorificabat deum. Respon
dens aūt archisynagogus indignans. quia sabbato curasset ihs.
dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus oportet operari. in
his ergo uenite et curamini. et non die sabbati. Respon
dit aūt ad illum dns et dixit. Ypocrite unusquisque uestrum sabbato
non soluit bouem suum aut asinum a presepio et ducit adaquare?
Hanc aūt filiam abrahe quam alligauit satanas. ecce. xviii.
annis. non oportuit solui a uinculo hoc die sabbati?
Et cū hęc diceret. erubescebant omnes aduersarii eius. Et omnis po
pulus gaudebat. in universis quę gloriose fiebant ab eo. Dice
bat ergo. Cui simile est regnum dei. et cui similabo illud? Simile est
granum sinapis. quod accepto homo misit
in hortum suum. et crescit. et fit in arborem magnam. et uo
lucres cęli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui
simile existimabo regnum dei. Simile est fermento quod accep
ta mulier. abscondit in farine sata tria. donec fermen
tatum est totum. Et ibat per ciuitates et castella. docens. et
iter faciens in hierl. Ait aūt illi quidā. Dne si pauci sunt qui
saluantur? Ipe aūt dixit ad illos. Contendite intrare per
angustam portā. quia multi dico uobis querunt intrare et non
poterunt. Cū aūt intrauerit pater familias. et clauserit
hostium. et incipietis foris stare et pulsare hostium dicentes. Dne
aperi nobis. et respondens dicet uobis. Nescio uos unde
sitis. tunc incipietis dicere coram. Manducauimus coram te et bibimus.
et in plateis nris docuisti. Et dicet uobis. Nescio uos unde
sitis. discedite ame oēs operarii iniquitatis. Ibi erit fletus
et stridor dentium. Cum uideritis abraā et ysaac.

et uoco. et omēs ꝓhetas inme gno di. uos aũt expellẽtes. et uenẽr. ab oriente. z occidente. z ab aquilone. z austro. z accubent i regno di. Et ecce sunt nouissimi qui erant primi. et sũt primi qui erãt nouissimi.

Amē amē dico uobis. nō est servus maior dño suo. neq; apl̄us maior eo qui misit illum. Si hec scitis. beati eritis si feceritis ea. Non de vobis omibus dico. ego scio quos elegerim. sed ut impleatur scriptura. Qui manducat mecū panem. levabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusquam fiat. ut cum factum fuerit credatis quia ego sum. Amē amē dico vobis. qui accipit si quem misero. me accipit. qui autē me accipit. accipit eum qui me misit. Cū hec dixisset ihs. turbatus est spū. et protestatus est et dixit. Amen dico vobis. quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli. hesitantes de quo dicebat. erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihu quem diligebat ihs. Innuit huic symon petrus et dixit ei. qs est de quo dicit? Cum ergo recubuisset ille sup pectus ihu dixit ei. dne quis est? respondit ihs. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cū intinxisset panem. dedit iude symonis scariothe. Et post buccellam. tunc introivit in illū satanas. dixit ei ihs. q facis fac citius. Hoc autē nō intellexit ullus discubentium ad quid dixerit ei. Quidā enim putabant. quia loculos habebat judas. q dixisset ei ihs. eme ea q opus sunt nobis ad diem festum. aut egenis ut aliquid daret. Cū ergo accepisset ille buccellam. exiit continuo. Erat autē noct. Cū ergo exisset ihs. nunc clarificatus est filius hōis. et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo. et deus clarificabit eum in semetipo. et continuo clarificabit eum. Filioli adhuc modicum vobiscū sum. Quęretis me. et sicut dixi iudeis. quo ego vado vos nō potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. sicut dilexi vos. ut et vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omes qm mei discipuli estis. si dilectionem habueritis ad invicem. dicit ei simon petrus. dne quo vadis? respondit ihs. Quo ego vado nō potes me modo sequi. sequeris autē postea. dicit ei petrus. quare nō possum te sequi modo? animam meam pro tua ponam. respondit ihs. Animam tuam pro me ponis? Amē amē dico tibi nō cantabit gallus. donec ter me negabis. et ait discipulis suis.

Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum. et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis. quia vado parare vobis locum. Et si abiero et paravero vobis locum. iterū veniam et accipiam vos ad me ipm. ut ubi sum ego. et vos sitis. et quo ego vado scitis. et viam scitis. dicit ei thomas. dne nescimus quo vadis. et quomodo possumus viam scire. dicit ei ihs. Ego sum via veritas et vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognovissetis me. et patrem meum utique cognovissetis. Et amodo cognoscetis eum. et vidistis eum. dicit ei philippus. dne ostende nobis patrem. et sufficit. dicit ei ihs. Tanto tempore vobiscum sum. et non cognovistis me philippe. Qui videt me. videt et patrem. quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre et pater in me est? Verba quę ego loquor vobis. a me ipo non loquor. Pater autem in me manens. ipse fecit opa. Non creditis quia ego in patre et pater in me est? Alioquin propter opa ipsa credite. Amen amen dico vobis. qui credit in me. opera quę ego facio et ipse faciet. et maiora horum faciet. quia ego ad patrem vado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo. hoc faciam. ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.

Si diligitis me mandata mea servate. Et ego rogabo patrem. et alium paraclitum dabit vobis. ut maneat vobiscum in eternum. Spiritum veritatis. quem mundus non potest accipere. quia non videt eum. nec scit eum. vos autem cognoscetis eum. quia apud vos manebit. et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos. veniam ad vos. Adhuc modicum. et mundus me amplius non videt. vos autem videtis me. quia ego vivo et vos vivetis. In illo die vos cognoscetis. quia ego sum in patre meo. et vos in me. et ego in vobis. Qui habet mandata mea et servat ea. ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo. et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipm. Dicit ei judas. non ille scariothes. dne quid factum est. quia nobis manifestaturus es te ipm. et non mundo? Respondit ihs et dixit ei. Si quis diligit me sermonem meum servabit. et pater meus diliget eum. et ad eum veniemus. et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me. sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus. sed eius.

Pax vobis. pacem meam do vobis. pacem relinquo vobis. non sicut mundus dat. ego do vobis. Non turbetur cor vestrum. neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis. vado et venio ad vos. Si diligeretis me. gauderetis utique quia vado ad patrem. quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat. ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps huius mundi. et in me non habet quicquam. sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. et sicut mandatum dedit mihi pater. sic facio. Surgite eamus hinc.

Capitulum XV

Ego sum vitis vera. et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. et omnem qui fert fructum purgabit eum. ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me. et ego in vobis. Sicut palmes non potest fructum ferre a semetipso nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis. vos palmites. Qui manet in me. et ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit. mittetur foras sicut palmes. et arescet. et colligent eum. et in ignem mittent. et ardet. Si manseritis in me. et verba mea in vobis manserint. quicquid volueritis petetis. et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus. ut fructum plurimum afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater. et ego dilexi vos. manete in dilectione mea. Si mandata mea servaveritis. manebitis in dilectione mea. sicut et ego patris mei mandata servavi. et maneo eius in dilectione. Hec locutus sum vobis. ut gaudium meum in vobis sit. et gaudium vestrum impleatur. Hoc est mandatum meum. ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet. ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis. si feceritis quę ego precipio vobis. Jam non dicam vos servos. quia servus nescit quid faciat dominus eius. vos autem dixi amicos. quia omia quecunq; audivi a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis. sed ego elegi vos. et posui vos ut eatis. et fructum afferatis. et fructus vester maneat. ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo. det vobis. Hec mando vobis. ut diligatis invicem. Si mundus vos odit. scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis. mundus quod suum erat diligeret. quia vero de mundo non estis. sed ego elegi vos de mundo. propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt. et vos persequentur. Si sermonem meum servaverunt. et vestrum servabunt. Sed hec omia facient vobis propter nomen meum. quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem. et locutus eis fuissem. peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit. et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis. quę nemo alius fecit. peccatum non haberent. nunc autem et viderunt. et oderunt me et patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. quia odio habuerunt me gratis. Cum autem venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. spiritum veritatis qui a patre procedit. ille testimonium perhibebit de me. et vos testimonium perhibebitis. quia ab initio mecum estis.

Hec locutus sum vobis. ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. sed venit hora ut omis qui interficit vos. arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis. quia non noverunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis. ut cum venerit hora eorum. reminiscamini quia ego dixi vobis. Hec autem vobis ab initio non dixi. quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me. et nemo ex vobis interrogat me. quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis. tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis. expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero. paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero. mittam eum ad vos. Et cum venerit ille. arguet mundum de peccato. et de justitia. et de judicio. De peccato quidem. quia non credunt in me. De justitia autem. quia ad patrem vado. et jam non videbitis me. De judicio vero. quia princeps huius mundi jam judicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis. docebit vos omem veritatem. Non enim loquetur a semetipso. sed quecunq; audiet loquetur. et quę ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit. quia de meo accipiet. et annuntiabit vobis. Omia quecunq; habet pater mea sunt. propterea dixi quia de meo accipiet. et annuntiabit vobis. Modicum et jam non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem. Quid est hoc quod dicit nobis. modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. et quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur. Cognovit autem ihs quia volebant eum interrogare. et dixit eis. De hoc quęritis inter vos quia dixi. modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me? Amen amen dico vobis. quia plorabitis et flebitis vos. mundus autem gaudebit. vos autem contristabimini. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet. quia venit hora eius. cum autem genuerit puerum. jam non meminit pressure propter gaudium. quia natus est homo in mundum. Et vos ergo nunc tristitiam quidem habetis. iterum autem videbo vos. et gaudebit cor vestrum. et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis. si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. petite et accipietis. ut gaudium vestrum sit plenum. Hec in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora cum jam non in proverbiis loquar vobis. sed palam de patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos. quia vos me amastis. et credidistis quia ego a deo exivi. Exivi a patre. et veni in mundum. iterum relinquo mundum. et vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris. et proverbium dicis nullum. Nunc scimus quia scis omia. et non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi. Respondit eis ihs. Modo creditis? Ecce venit hora. et jam venit. ut dispergamini unusquisque in propria. et me solum relinquatis. et non sum solus. quia pater mecum est. Hec locutus sum vobis. ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis. sed confidite. ego vici mundum.

Hec locutus est ihs. et elevatis oculis in cēlum dixit. pater venit hora. clarifica filium tuum. ut filius clarificet te. sicut dedisti ei potestatem omis carnis. ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam. Hec est autem vita eterna. ut cognoscant te solum deum verum. et quem misisti ihm xpm. Ego te clarificavi super terram. opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum. claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant. et mihi eos dedisti. et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omia quecunq; dedisti mihi abs te sunt. quia verba quę dedisti mihi dedi eis. et ipsi acceperunt. et cognoverunt vere quia a te exivi. et credidit quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi. quia tui sunt. et omia mea tua sunt. et tua mea sunt. et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo. et hi in mundo sunt. et ego ad te venio. Pater sancte. serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi. ut sint unum sicut et nos. Cum essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo. quos dedisti mihi. et custodivi. et nemo ex eis perivit. nisi filius perditionis. ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio. et hec loquor in mundo. ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum. et mundus eos odio habuit. quia non sunt de mundo. sicut et ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo. sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt. sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum. et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum. ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum. sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. ut omes unum sint. sicut tu pater in me. et ego in te. ut et ipsi in nobis unum sint. ut credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis. ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis. et tu in me. ut sint consummati in unum. et cognoscat mundus quia tu me misisti. et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti mihi. volo ut ubi sum ego. et illi sint mecum. ut videant claritatem meam quam dedisti mihi. quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Juste mundus te non cognovit. ego autem te cognovi. et hi cognoverunt quia tu me misisti. et notum feci eis nomen tuum. et notum faciam. ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. et ego in ipsis.

Cum hec dixisset ihs. egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron. ubi erat hortus in quem introivit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et judas qui tradebat eum locum. quia frequenter ihs convenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem. et a principibus sacerdotum et pharisęis ministros. venit illuc cum lucernis et facibus et armis. Ihs itaque sciens omia quę ventura erant super eum. processit et dixit eis. Quem quęritis? Responderunt ei. Ihm nazarenum. Dicit eis ihs. Ego sum. Stabat autem et judas qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis. Ego sum. abierunt retrorsum. et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos. Quem quęritis? Illi autem dixerunt. Ihm nazarenum. Respondit ihs. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quęritis. sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum. et percussit pontificis servum. et abscidit auriculam dexteram. Erat autem nomen servo malchus. Dixit ergo ihs petro. Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater. non bibam illum? Cohors ergo et tribunus et ministri judeorum comprehenderunt ihm et ligaverunt eum. et adduxerunt ad annam primum. erat enim socer caiphe. qui erat pontifex anni illius. Erat autem caiphas qui consilium dederat judeis. quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem ihm simon petrus et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici. et introivit cum ihu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici. et dixit ostiariae. et introduxit petrum. Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Numquid et tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabant autem servi et ministri ad prunas quia frigus erat. et calefaciebant se. Erat autem et petrus cum eis stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit ihm de discipulis suis. et de doctrina ejus. Respondit ei ihs. Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in synagoga et in templo quo omes judei convenerunt. et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis. Ecce hi sciunt quę dixerim ego. Hec autem cum dixisset. unus assistens ministrorum dedit alapam ihu. dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei ihs. Si male locutus sum. testimonium perhibe de malo. Si autem bene. quid me cedis? Et misit eum annas ligatum ad caiphan pontificem. Erat autem simon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid et tu ex discipulis eius es? Negavit ille. et dixit. Non sum. Dicit unus ex servis pontificis cognatus ejus cui abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit petrus. et statim gallus cantavit. Adducunt ergo ihm a caiphe in pretorium. Erat autem mane. et ipsi non introierunt in pretorium. ut non contaminarentur. sed ut manducarent pascha. Exivit ergo pilatus ad eos foras. et ait. Quam accusationem affertis adversus hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor. non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos. et secundum legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei judei. Nobis non licet interficere quemquam. ut sermo ihu impleretur quem dixit. significans qua morte esset moriturus. Introivit ergo iterum pilatus in pretorium. et vocavit ihm. et dixit ei. Tu es rex judeorum? Respondit ihs. A temetipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me? Respondit pilatus. Numquid ego judeus sum? gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. quid fecisti? Respondit ihs. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri utique mei decertarent ut non tradar judeis. nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu? Respondit ihs. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum. et ad hoc veni in mundum. ut testimonium perhibeam veritati. Omis qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pilatus. Quid est veritas? Et cum hec dixisset. iterum exivit ad judeos. et dicit eis. Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem judeorum? Clamaverunt ergo rursum omes dicentes. Non hunc sed barabbam. Erat autem barabbas latro.

Tunc ergo apprehendit pilatus ihm. et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus. et veste purpurea circumdederunt eum. et venie dabant ei. et dicebant. Ave rex judeorum. et dabant ei alapas. Exivit iterum pilatus foras. et dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras. ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam. Exivit ergo ihs portans coronam spineam et purpureum vestimentum. Et dicit eis pilatus. Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri. clamabant dicentes. Crucifige eum. crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos. et crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei judei. Nos legem habemus. et secundum legem debet mori. quia filium dei se fecit. Cum audisset ergo pilatus hunc sermonem. magis timuit. Et ingressus pretorium iterum. dicit ad ihm. Unde es tu? Ihs autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potestatem habeo dimittere te? Respondit ihs. Non haberes potestatem adversum me ullam. nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi. major peccatum habet. Et exinde quęrebat pilatus dimittere eum. Judei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omis enim qui se regem facit. contradicit cesari. Pilatus autem cum audisset hos sermones. adduxit foras ihm. et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos. hebraice autem gabbatha. Erat autem parasceve paschę. hora quasi sexta. et dicit judeis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle. tolle. crucifige eum. Dicit pilatus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit illum illis ut crucifigeretur. Susceperunt autem ihm et eduxerunt. Et bajulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur calvarie locum. hebraice autem dicitur golgotha. ubi crucifixerunt eum. et cum eo alios duos hinc et inde. medium autem ihm. Scripsit autem et titulum pilatus. et posuit super crucem. Erat autem scriptum. ihs nazarenus rex judeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt judeorum. quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est ihs. Et erat scriptum hebraice. grece. latine. Dicebant ergo pontifices judeorum pilato. Noli scribere. rex judeorum. sed quia ipse dixit. rex sum judeorum. Respondit pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent ihm. acceperunt vestimenta ejus. et fecerunt quatuor partes. unicuique militi partem. et tunicam. Erat autem tunica non consutilis. desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem. Non scindamus eam. sed sortiamur de ea cuius sit. ut scriptura impleatur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi. et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem juxta crucem ihu mater ejus. et soror matris ejus maria cleophe. et maria magdalene. Cum vidisset ergo ihs matrem. et discipulum stantem quem diligebat. dicit matri sue. Mulier. ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens ihs quia omia consummata sunt. ut consummaretur scriptura. dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam aceto plenam hyssopo circumdantes. obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset ihs acetum. dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo. ut corpora non remanerent in cruce sabbato. erat enim magnum sabbatum illud. rogaverunt pilatum ut frangerentur eorum crura. et tollerentur. Venerunt ergo milites. et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihm autem cum venissent. ut viderunt eum jam mortuum. non fregerunt ejus crura. sed unus militum lancea latus ejus aperuit. et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit. et verum est testimonium ejus. Et ille scit quia vera dicit. ut et vos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

Post hec autem rogavit pilatum joseph ab arimathia. qui erat discipulus ihu occultus autem propter metum judeorum. ut tolleret corpus ihu. Et permisit pilatus. Venit ergo et tulit corpus ihu. Venit autem et nicodemus. qui venerat ad ihm nocte primum. ferens mixturam myrre et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus ihu. et ligaverunt illud cum aromatibus sicut mos est judeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus. et in horto monumentum novum. in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceven judeorum. quia juxta erat monumentum. posuerunt ihm.

Una autem sabbatorum maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum. et vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad simonem petrum. et ad alium discipulum quem amabat ihs. et dicit eis. Tulerunt dominum de monumento. et nescimus ubi posuerunt eum. Exivit ergo petrus et alius discipulus. et venerunt ad monumentum. Et cum prior discipulus percucurrisset citius petro. venit primus ad monumentum. et cum se inclinasset. videt linteamina posita. Non tamen introivit. Venit ergo et simon petrus sequens eum. et intravit in monumentum. et vidit linteamina posita. et sudarium quod fuerat super caput ejus. non cum linteaminibus positum. sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit et discipulus alius qui venerat primus ad monumentum. et vidit et credidit. Nondum enim sciebant scripturam. quia oportet eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret. inclinavit se et prospexit in monumentum. et vidit duos angelos in albis sedentes. unum ad caput. et unum ad pedes. ubi positum fuerat corpus ihu. Et dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum. et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset. conversa est retrorsum. et vidit ihm stantem. et nesciebat quia ihs est. Dicit ei ihs. Mulier quid ploras? quem quęris? Illa existimans quia hortulanus esset. dicit ei. Domine si tu sustulisti eum. dic mihi ubi posuisti eum. et ego eum tollam. Dicit ei ihs. Maria. Conversa illa dicit ei. Rabboni. quod dicitur magister. Dicit ei ihs. Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos. et dic eis. Ascendo ad patrem meum. et patrem vestrum. deum meum. et deum vestrum. Venit maria magdalene annuntians discipulis quia vidit dominum. et hec dixit ei. Et cum audissent quia vivit. et visa est ab ea. non credidit illi. Et cum sero esset die illa una sabbatorum. et fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum judeorum. venit ihs et stetit in medio. et dicit eis. Pax vobis. Et cum hec dixisset. ostendit eis manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater. et ego mitto vos. Cum hec dixisset insufflavit. et dicit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata. remittuntur eis. et quorum retinueritis. retenta sunt. Thomas autem unus de duodecim. qui dicitur didymus. non erat cum eis quando venit ihs. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum. et mittam digitum meum in locum clavorum. et manum meam in latus ejus. non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus. et thomas cum eis. Venit ihs ianuis clausis. et stetit in medio. et dixit. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc. et vide manus meas. et affer manum tuam. et mitte in latus meum. et noli esse incredulus. sed fidelis. Respondit thomas. et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dicit ei ihs. Quia vidisti me thoma. credidisti. Beati qui non viderunt. et credunt. Multa quidem et alia signa fecit ihs coram discipulis suis. quę non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihs est xps filius dei. et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.

Postea manifestavit se iterum ihs discipulis ad mare tiberiadis. Manifestavit autem sic. Erant simul simon petrus. et thomas qui dicitur didymus. et nathanahel qui erat a cana galilee. et filii zebedei. et alii ex discipulis ejus duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Exierunt et ascenderunt navem. et illa nocte nichil prehenderunt. Mane autem stetit ihs in litore. non tamen sciebant discipuli quia ihs est. Dicit ergo eis ihs. Pueri numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Dicit illis. Mittite in dexteram navigii rete. et invenietis. Miserunt ergo. et jam non valebant illud trahere. prę multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihs petro. Dominus est. Simon petrus cum audisset quia dominus est. tunicam succinctus erat. (erat enim nudus) et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt. non enim longe erant a terra. sed quasi cubitis ducentis. trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram. vident prunas positas. et piscem superpositum. et panem. Dicit eis ihs. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon petrus. et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta trium. Et cum tanti essent. non est scissum rete. Dicit eis ihs. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es? scientes quia dominus est. Et venit ihs. et accipit panem. et dat eis. et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est ihs discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent. dicit simoni petro ihs. Simon iohannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohannis diligis me? Dicit ei. Etiam domine. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon iohannis amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei tertio. amas me? et dixit ei. Domine tu omia nosti. tu scis quia amo te. Dicit ei ihs. Pasce oves meas. Amen amen dico tibi. cum esses junior cingebas te. et ambulabas ubi volebas. Cum autem senueris. extendes manus tuas. et alius te cinget. et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hec dixisset. dicit ei. Sequere me. Conversus petrus vidit illum discipulum quem diligebat ihs sequentem. qui et recubuit in cena super pectus ejus. et dixit. Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus. dicit ihu. Domine hic autem quid? Dicit ei ihs. Sic eum volo manere donec veniam. quid ad te? Tu me sequere. Exivit ergo sermo iste inter fratres. quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ihs ei. Non moritur. sed. Sic eum volo manere donec veniam. quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his. et scripsit hec. et scimus quia verum est testimonium ejus. Sunt autem et alia multa quę fecit ihs. quę si scribantur per singula. nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Amen.

qui misit me patrē. ¶ locutus sū uob⁹ ap̄ uos manēs.
Paracletus aūt sps scūs quē mittet pater in nōīe meo. ille uos docebit oīa. et suggeret uobis oīa q̄cūq; dixero uobis. pacē relinquo uobis. pacem meā do uobis. non quō mundus dat. ego do uobis. non turbetur cor uēr̄m neq; formidet. audistis quia ego dixi uobis. uado et uenio ad uos. Si diligeretis me. gauderetis utiq; quia uado ad patrē. quia pater maior me est. et nunc dixi uobis priusquam fiat. ut cū factū fuerit credatis. Jam nō multa loquar uobiscū. Venit enī princeps mundi huius. et in me nō habet quicquā. Sed ut cognoscat mundus. quia diligo patrē. et sicut mandatum dedit mihi pater. sic facio. Surgite eamus hinc.

¶ xv. Ego sū uitis uera. et pater meus agricola est. omnem palmitem in me nō ferentē fructū tollet eum. et omnē qui fert fructū purgabit eū. ut fructū plus adferat. Jam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. manete in me et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso nisi manserit in uite. sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sū uitis uos palmites. qui manet in me et ego in eo. hic fert fructū multū. quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit. mittetur foras sicut palmes et aruit. et colligent eum. et in ignem mittent. et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint. quicquid uoluerit petetis et fiet uobis. in hoc clarificatus est pater meus. ut fructū plurimum adferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater. et ego dilexi uos. manete in dilectione mea. Si p̄cepta mea seruaueritis. manebitis in dilectione mea. sicut ego patris mei p̄cepta seruaui et manео eius dilectione.

Hec locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit. et gaudium uestrum impleatur. Hoc est p̄ceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nēo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio uobis. Jam nō dicam uos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos. quia oīa q̄cūq; audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis. sed ego elegi uos et posui uos ut eatis et fructū adferatis. et fructus uester maneat. ut quicquid petieritis patrē in nōīe meo det uobis. Hec mando uobis ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit. scitote quia me priorē uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret. quia de mundo non estis. sed ego elegi uos de mundo. propterea odit uos mundus. Memento sermonis mei quē ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt et uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt. et uestrum seruabunt. Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum. quia nesciunt quem misit me. Si non uenissem. et locutus eis non fuissem peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit. et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit. peccatum non haberent. nunc autem et uiderunt. et oderunt. me. et patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. quia odio habuerunt me gratis. Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis a patre. spūm ueritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me. et uos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum uobis ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos. Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorum reminiscamini. quia ego dixi uobis. Hec autem uobis ab initio non dixi. quoniam tecum eram. Et nunc uado ad eum qui me misit. et nemo ex uobis interrogat me. quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis. tristitia implenit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis. expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero. paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero. mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet mundum de peccato. et de iustitia. et de iudicio. de peccato quidem quia non credunt in me. de iustitia uero. quia ad patrem uado. et

non uidebitis me. de iudicio autem quia princeps mundi huius iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spūs ueritatis. docebit uos omnem ueritatem. non enim loquetur a semetipso. sed quecumque audiet loquetur. et que uentura sunt annuntiabit uobis. Ille me clarificabit. quia de meo accipiet. et annuntiabit uobis. Omnia quecumque habet pater mea sunt. propterea dixi. quia de meo accipiet et annuntiabit uobis. Modicum et iam non uidebitis me. et iterum modicum et uidebitis me. quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. quid hoc quod dicit nobis modicum et non uidebitis me. et iterum modicum et uidebitis me. et quia vado ad patrem? dicebant ergo. quid est hoc quod dicit modicum. nescimus quid loquitur. Cognouit autem ihūs quia uolebant eum interrogare. et dixit eis. de hoc quero inter uos. quia dixi modicum et non uidebitis me. et iterum modicum et uidebitis me. quia vado ad patrem. Amen amen dico uobis. quia plorabitis et flebitis uos. mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini. sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet. quia uenit hora eius. cum autem peperit puerum. iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. uidebo autem uos. et gaudebit cor uestrum. et gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico uobis. si quid petieritis patrem in nōīe meo dabit uobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. petite et accipietis. ut gaudium uestrum sit plenum. In prouerbiis locutus sum uobis. Venit hora cum iam non in prouerbiis loquar uobis. sed palam de patre annuntiabo uobis. In illo die in nōīe meo petetis. et non dico uobis. quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos. quia uos me amastis. et credidistis. quia ego a deo exiui. exiui a patre. et uenio in mundum. et iterum relinquo mundum et uado ad patrem. Dixerunt ei discipuli eius. ecce nunc palam loqueris. et proverbium nullum dicis. nunc scimus quia scis omnia. et non opus est tibi ut quis te interroget. in hoc credimus quia a deo exiisti. Respondit eis ihūs. modo creditis. Ecce uenit hora et iam uenit. ut dispergamini unusquisque in propria. et me solum relinquatis. et non sum solus quia pater mecum est.

¶ xvii. Hec locutus est ihūs. et sublatis oculis suis in celum dixit. pater uenit hora clarifica filium tuum. ut et filius tuus clarificet te. sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei. det eis uitam eternam. Hec autem est uita eterna. ut cognoscant te solum deum. et quem misisti ihūm xp̄m. ego te clarificaui super terram. opus consummaui. quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum. claritate qua habui priusquam mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus. quos dedisti mihi de mundo. tui erant. et mihi eos dedisti. et sermonem meum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quecumque dedisti mihi. abscisa sunt. quia uerba que dedisti mihi dedi eis. et ipsi acceperunt. et cognouerunt uere quia a te exiui. et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi. quia tui sunt. et mea omnia tua sunt. et tua mea sunt. et clarificatus sum in eis. et iam non sum in mundo. et hi in mundo sunt. et ego ad te uenio. pater sancte. serua eos in nōīe tuo quos dedisti mihi. ut sint unum sicut et nos. Cum essem cum eis ego seruabam eos in nōīe tuo. quos dedisti mihi custodiui. et nemo ex eis perijt nisi filius perditionis. ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio. et hec loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum. et mundus eos odio habuit. quia non sunt de mundo. sicut ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo. sed ut serues eos a malo. De mundo non sunt. sicut ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut me misisti in mundum. et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum. ut

te. Sermo tuus suerit tale. Sic tu me misisti in mundū.
ego misi eos in mundū. Et pro eis ego sanctifico me ipm. ut
sint et ipi sanctificati in ueritate. Non pro his aut rogo tm. sed
et pro qui credituri sunt per ubū eoꝝ in me. Ut omes unū
sint. Sic tu pater in me ego in te. ut et ipi in nobis
unū sint. ut mundus credat quia tu me misisti. Et
ego claritatem quā dedisti mihi dedi illis. ut sint unū
sicut nos unū sumus. ego in eis et tu in me. ut sint cōsum-
mati in unū. et cognoscat mundus quia tu me misisti
et dilexisti eos. Sic me dilexisti. Pater quos dedisti mi
hi. uolo ut ubi ego sū. et illi sint mecū. ut uideant cla-
ritatē meā quā dedisti mihi. q dilexisti me ante cō
stitutionem mundi. Pater iuste. mundus nō te co-
gnouit. et ego cognoui et isti cognouerunt quia tu me misisti. Et no
tū feci eis nomen tuū. et notū faciā ut dilectio qua dile
xisti me in ipis sit. et ego in ipis.

¶ XVIII. Cū hec dixisset ihūs egressus est cū discipulis suis trans
torrentem cedron. ubi erat ortus in quem introuit ip
se et discipuli eius. Sciebat aut et iudas qui tradi-
dit eum locus. quia frequenter thūs conuenit illuc cū dis-
cipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē. et ab
principibus et pharisēis ministros. uenit illuc cū lanter-
nis et facibus et armis. Jhūs itaq sciens oīa q uenitu
ri erant super eū. processit et dixit eis. Quē queritis
dixerunt ei. Jhūm nazarenum. dicit eis ihūs. Ego sū. Stabat aut et iudas qui
tradebat eum cum ipis. Vt ergo dixit eis. Ego sū. abi
erunt retrorsum et ceciderunt in terrā. Iterū ergo
eos interrogauit. Quē queritis. Illi aut dixerūt. Jhūm na
zarenum. Respondit ihūs. Dixi uobis quia ego sum. Si
ergo me queritis sinite hos abire. ut impleret sermo
quem dixit. Quos dedisti mihi non perdidi ex eis quem.
Simon ergo petrus habens gladium. eduxit eū et percus-
sit pontificis seruū. et abscidit auriculam eius dexteram.
erat aut nomen seruo malchus. Dixit ergo ihūs petro.
Mitte gladium tuum in uaginam. calicem quem dedit mi
hi pater nō uis bibā illum. Cohors ergo et tribunus. et mi
nistri iudeoꝝ. apprehenderunt ihūm et ligauerunt eum. et
adduxerunt eum ad annam primum. erat enim
socer caiphe. qui erat pontifex anni illius. erat aut
caiphas. qui consilium dederat iudeis. quia expedit unū
hominē mori pro populo. Sequebatur aut ihūm. simon
petrus et alius discipulus. discipulus ille erat notus pontifi-
ci. et introiuit cū ihū in atrium pontificis.
petrus aut stabat ad ostium foris. exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici. et dixit ostiarie
et introduxit petrū. Dicit ergo petro ancilla ostia-
ria. numquid et tu ex discipulis es hominis istius. Dicit ille. non
sum. Stabant aut serui et ministri ad prunas. quia frigus erat. et
calefiebant. erat aut et petrus stans cum eis et calefaciēbat se. Ergo
pontifex interrogauit ihūm de discipulis suis et de doctrina eius. Re-
spondit ihūs. Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in sy-
nagoga et in templo quo oēs iudei conueniunt. et in occulto locutus
sum nichil. quid me interrogas interroga eos qui audie-
runt. quid locutus sim ipis. ecce hi sciunt quę dixe-
rim ego. Hec aut cum dixisset unus assistens ministro
rum dedit alapam ihū dicens. Sic respondes pontifici deo ait ei
ihūs. Si male locutus sum testimonium phibe de malo.
Si aut bene quid me cedis. Et misit eum annas ligatum
ad caiphan pontificē. erat aut simon petrus stans
et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. numquid et tu de discipulis
eius es. negauit ille et dixit. non sum. Dicit unus
de seruis pontificis. cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. nonne ego te uidi in horto cū illo. Iterū
ergo negauit petrus. et statim gallus cantauit.
Adducunt ergo ihūm a caiphan in pretorium. erat
aut mane. Et ipi non introierunt in pretorium. ut non
contaminarentur. sed manducarent pascha. Exiit
ergo pylatus ad eos foras et dixit. Quā accusationē
affertis aduersus hominem hunc. Respondērunt et dixerunt ei.
Si non esset hic male faciens non tibi tradidissemus eum.
dixit ergo eis pylatus. Accipite eum uos et secundum legem uestram
iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere
quemquam. Ut sermo ihū impleret quē dixit. significans qua

morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pre-
torium pylatus et uocauit ihūm. et dixit ei. tu es rex iu-
deoꝝ. Respondit ihūs. A te metipso hoc dicis an alii tibi dixe-
runt de me. Respondit pylatus. numquid ego iudeus sum.
gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. quid fe-
cisti. Respondit ihūs. Regnum meum non est de hoc mundo. Si
ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei utique de-
certarent ut non tradar iudeis. nunc aut regnum meum
non est hinc. Dixit itaq ei pylatus. Ergo rex es tu. Respon-
dit ihūs. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc
ueni in mundum. ut testimonium perhibeam ueritati. Omis
qui est ex ueritate. audit meam uocem. Dicit ei pylatus. Quid
est ueritas. Et cū hec dixisset. iterum exiuit ad iudeos. et di-
cit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est aut consuetudo
uobis. ut unum dimittam uobis in pascha. Uultis ergo dimit-
tam uobis regem iudeoꝝ. Clamauerunt rursus omnes
dicentes. non hunc. sed barabam. erat aut barabas latro. Tunc
ergo apprehendit pylatus ihūm et flagellauit. et milites per-
texentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. et
ueste purpurea circumdederunt eum. et uenichant ad eum et di-
cebant. Aue rex iudeorum. et dabant ei alapas. Exiit
iterum pylatus foras et dixit eis. Ecce adduco eum uobis. ut
cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo ihs
portans spineam coronam et purpureum uestimentum. et di-
cit eis. Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices et mi-
nistri clamabant dicentes. crucifige. crucifige eum. Di-
cit eis pylatus. Accipite eum uos et crucifigite. Ego enim
non inuenio in eo causam. Respondērunt ei iudei. Nos legem habe-
mus. et secundum legem debet mori. quia filium dei se fecit. Cum er-
go audisset pylatus hunc sermonem magis timuit. et in-
gressus est prętorium iterum. et dixit ad ihūm. Unde es tu. Ihs
autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pylatus. Mihi non
loqueris. nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potes-
tatem habeo dimittere te. Respondit ihūs. Non haberes potestā
tem aduersum me ullam. nisi tibi esset datum desuper. propte-
rea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Exinde querebat
pylatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes. Si
hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem
facit. contradicit cesari. Pylatus ergo cum audisset hos sermones. ad-
duxit foras ihūm. et sedit pro tribunali in loco qui dicitur li-
thostrotos. hebraice aut gabbatha. erat autem parasceue
paschę. hora quasi sexta. et dicit iudeis. Ecce rex uester. Illi cla-
mabant. tolle. tolle crucifige eum. Dicit eis pylatus. Re-
gem uestrum crucifigam. Respondērunt pontifices. Non habemus regem
nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.
Susceperunt aut ihūm. et eduxerunt. Et bajulans sibi
crucem. exiuit in eum qui dicitur calui locum. hebrai-
ce golgotha. ubi eum crucifixerunt. et cum eo alios duos.
hinc. hinc. medium aut ihūm. Scripsit aut et titulum
pylatus. et posuit super crucem. erat aut scriptum. Ihs
nazarenus rex iudeorum. hunc ergo titulum multi legerunt
iudeoꝝ. quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est
ihūs. Et erat scriptum hebraice. greece. latine. Dicebant
ergo pylato pontifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iu-
deorum. sed quia ipse dixit rex sum iudeoꝝ. Respondit pylatus.
Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum. acce-
perunt uestimenta eius. et fecerunt quatuor partes. unicuique
militi partem unam et tunicam. erat aut tunica inconsutilis. de-
super contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus
eam. sed sortiamur de illa cuius sit. ut scriptura impleretur
dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi. et in uestem meam
miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant aut iuxta
crucem ihū mater eius. et soror matris
eius. Maria cleophe. et maria magdalene. Cum uidisset
ergo ihūs matrem. et discipulum stantem quem dilegebat. dicit
matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipu-
lo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipu-
lus in sua. Postea sciens ihūs. quia iam omnia consummata
sunt. ut consummaretur scriptura. dicit. Sitio. Vas aut
positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto.
hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo ac-
cepisset ihūs acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato ca-
pite tradidit spm. Iudei ergo quia parasceue erat ut non
remanerent in cruce corpora sabbato. erat enim magn

nul die sille sabbati. rogauerunt pilatū ut frā
gerētur corpa eorū. r tolleretur. Venerunt ergo
milites. et quidē primi quidem fregerunt crura.
r alterius qui crucifixus est cū eo. Ad ultimū aūt cū
uenissent. ut uiderunt eū iā mortuū. non fregerūt
eius crura. sed unus militū lancea latus eius aperuit. r
cōtinuo exiuit sanguis r aqua. et qui uidit testimo
niū perhibuit. r uerum est testimoniū ei⁹. et ille sci.
quia uera dicit. ut r uos credatis. facta sūt enī hec ut
scriptura impleretur. os nō cōminuetis ex eo. et iterū
alia scriptura dicit. Videbūt in quē transfixerūt. Post
hec rogauit pilatū ioseph ab arimathia. eo q̄ esset dis
cipulus ihū. occultus aūt ppter metū iudeo. ut tolleret
corpus ihū. et permisit pilatus. Venit ergo et tulit
corpus ihū. Venit aūt et nichodemus qui uenerat
ad ihūm nocte primū. ferēs mixturā murre. r aloes
q̄si libras. c. Acceperūt g corpus ihū. et ligauerūt eū
in linteis cū aromatibus. sic⁊ mos iudeis est sepelire. Erat
aūt in loco ubi crucifixus est ihūs ortus. et in horto mo
numētū nouū. in quo nōdum quisquā positus erat.
ibi g ppter parasceuen iudeoꝝ. q̄ iuxta erat monu
mētū. posuerunt ihūm.

¶ xx.

Una aūt sabbati maria magdalene uenit mane
cū adhuc tenebre essent. ad monumētū. et uidit la
pidē sublatū a monumēto. Cucurrit ergo. et uenit
ad symonem petrū. et ad alium discipulū quē diligeba
at ihūs. et dicit eis. Tulerunt dnm de monumēto. et nes
cimus ubi posuerūt eū. Exiit ergo petrus. et ille alius
discipulus. et uenerūt ad monumētū. Current aūt
duo simul. et ille alius discipulus precucurrit ci
tius petro. et uenit primus ad monumētū. et cū se
clinasset uidit posita linteamina. non tamē introiuit.
Venit ergo symon petrus sequens eū. et introiuit in mo
numētū. et uidit linteamina posita. et sudariū q̄ fu
erat sup eius caput. nō cū linteaminibus positū. sed separa
tū in locū unū. Tūc g introiuit et ille discipulus
qui uenerat primus ad monumētū. et uidit. et
credidit. Non dum enī sciebant scripturā. quo
niam eū a mortuis resurgere. Abierūt ergo ite
rū ad semetipsos discipuli. Maria aūt stabat ad
monumētū foris plorans. Dum ergo fleret in
clinauit se et prospexit in monumētū. et uidit duos
angelos in albis sedentes. unū ad caput et unū ad pedes
ubi positus fuerat corpus ihū. Dixerūt ei illi. Mulier
quid ploras. dicit eis. Quia tulerunt dominum
meū. et nescio ubi posuerūt eū. Hec cū dixisset. cō
uersa est retrorsum. et uidit ihūm stantē. et non scie
bat. q̄ ihūs est. dicit ei ihūs. Mulier quid ploras. q̄
quis quē. existimans quia ortolanus esset. dicit
ei. Dne si tu sustulisti eū. dicito mihi ubi posu
isti eū. ego eū tollam. dicit ei ihūs. Maria. conuersa
illa dicit ei. Rabboni q̄ dr magr. dicit ei ihūs.
Noli me tangere. nondum enī ascendi ad patrē
meum. Vade aūt ad fres meos. r dic eis. Ascendo ad
patrē meū. et patrē uestrū. deū meū. et deū uestrū. Ve
nit maria magdalene annuntians discip
ulis q̄ uidit dnm. et hec dixit mihi.

¶ xxi.

Cum esset ergo sero die illo una sabbatoꝝ. et fores
essent clause. ubi erant discipuli congregati. pter
metū iudeoꝝ. uenit ihūs. et stetit in medio. et dixit
eis. Pax uobis. et hec cū dixisset. ostendit eis manus
et latus. Gauisi sunt ergo discipuli uidentes dnm.
dixit ergo eis iterū. Pax uobis. Sicut misit me pater. et
ego mitto uos. hec cū dixisset insufflauit. et dixit
eis. Accipite spūm scm. quoꝝ remiseritis peccata re
mittuntur eis. et quoꝝ retinueritis. retenta sunt.
Thomas aūt unus ex duodecim. q̄ dr didimus. nō
erat cū eis. cū uenit ihūs. Dixerunt ergo ei alii
discipuli. Vidimus dnm. Ille aūt dixit eis. Nisi
uidero in manibus eius figuram clauoꝝ. et mittam di
gitum meū in locū clauoꝝ. et mittam manū meā in la
tus eius. non credam. Et post dies octo iterū erant discipu
li eius. et thomas cū eis. Venit ihūs. ianuis clausis.
et stetit in medio. et dixit. Pax uobis. Deinde dicit tho
me. Infer digitū tuū huc. et uide manus meas. et
affer manū tuā et mitte in latus meū. et noli esse incre
dulus sed fidelis. Respondit thomas. et dixit ei. Dns meus et
deus meus. Dixit ihūs ei. Quia uidisti me thome credidisti. Beati
qui non uiderunt. et crediderunt. Multa quidem. et alia
signa fecit ihūs in conspectu discipulorū suorum. q̄ non sūt
scripta in libro hoc. Hec aūt scripta sunt. ut credatis.
quia ihūs est xps filius dei. et ut credentes uitā habeā
mini in nomine eius.

¶ xxii.

Postea manifestauit se iterū ihūs ad mare tyberiadis.
manifestauit aūt sic. Erant simul symon petrus. et tho
mas q̄ dr didymus. et nathanahel q̄ erat a cana galilee. et filii zebedei. et alii
ex discipulis eius duo. Dicit eis symon petrus. Vado pis
cari. Dicūt ei. Venimus et nos tecū. Exierunt. et as
cenderunt in nauim. et illa nocte nichil prehenderūt.
Mane aūt facto. stetit ihūs in litore. nō tamē cognou
Et angelo ephesi ecclē scribe. hec dicit qui tenet. vii. stellas in dextera sua. qui ambulat in medio. vii. candelabrorū aureorū. Scio opera tua. et laborem et patientiā tuam. et quia nō potes sustinere malos. et tentasti eos qui se dicunt apostolos esse et nō sunt. et inuenisti eos mendaces et patientiam habes. et sustinuisti propter nomen meū. et nō defecisti. Sed habeo aduersus te paucā. quia caritatem tuā primam reliquisti. Memor esto itaq; unde excideris. et age penitentiam et prima opera fac. Sin aūt uenio tibi. et mouebo candelabrū tuum de loco suo. nisi penitentiam egeris. Sed habes hoc odisti facta nicolaitarum. q et ego odi. Qui habet aurē audiat. quid spūs dicat ecclīs. Vincenti dabo edere de ligno uite. q̄ est in paradiso dei mei.

Et angelo smirne ecclē scribe. hec dicit primus et nouissimus qui fuit mortuus et uixit. Scio tribulationem tuam et paupertatē tuam. Sed diues es. et blasphemaris ab his qui se dicūt iudeos esse et non sunt. sed sunt synagoga sathane. nichil horum timeas quā passurus es. Ecce missurus est diabolus ex uobis in carcerem. ut tēptemini. et habebitis tribulationem decem dieb; esto fidelis usq; ad mortē. et dabo tibi coronam uite. Qui habet aurē audiat. quid spūs dicat ecclīs. Qui uicerit non ledetur a morte secūda.

Et angelo pergami ecclē scribe. hec dicit qui habet rumphea exutrag; parte acuta. Scio ubi habitas. ubi sedes est sathanas. et tenes nomen meū. et nō negasti fidē meā. et in diebus in quibus antipas testis meus fidelis. qui occisus est apud uos. ubi sathanas habitat. sed habeo aduersus te paucā. habes illuc tenentes doctrinam balaam. qui docuit balach mittere scandalū coram filiis israel. edere et fornicari. sic habes et tu tenentes doctrinam nicolaitarū. Similiter penitentiam age. Si quo minus uenio tibi cito. et pugnabo cū illis in gladio oris mei. Qui habet aurē audiat quid spūs dicat ecclīs. Vincenti dabo ei edere manna absconditum. et dabo illi calculū candidū. et in calculo nomen nouum scriptum quod nemo nouit nisi qui accipit.

Et angelo thiatire ecclē scribe. hec dicit filius dei qui habet oculos tanquā flāmā ignis. et pedes eius similes aurichalco. Noui opera tua. fidē et ministerium. et patientiam tuā. et opera tua nouissima plura priorib;. Sed habeo aduersus te paucā. quia mittis mulierem iezabel que se dicit prophetam docere et seducere seruos meos. fornicari. et manducare de idolothitis. Et dedi illi tps ut penitentiam ageret. et penitere nō uult a fornicatione sua. Ecce mitto eā in lectū. et qui mecū mittūt eū in tribulatione maxima. nisi penitentiam egerint ab operibus suis. et filios eius interficiam in morte. et scient omnes ecclē quia ego sum scrutans renes et corda. et dabo unicuiq; uř secūdū opera sua. Vobis aūt dico. et cēteris qui in thiatire estis. Quicumq; nō habent doctrinam hanc. qui nō cognouerūt altitudines sathane. sicut dicūt. non mittam super uos aliud pondus. tamen quod habetis tenete donec ueniam. Et qui uicerit. et qui custodierit usq; in finē opera mea. dabo illi potestatē super gentes. et reget eas in uirga ferrea. et tanquam uasa figuli confringentur. sicut et ego accepi a patre meo. et dabo illi stellam matutinā. Qui habet aurē audiat quid spūs dicat ecclīs.

Et angelo sardis ecclē scribe. hec dicit qui habet. vii. spūs dei et. vii. stellas. Scio opera tua. quia nomen habes quod uiuas et mortuus es. Esto uigilans et confirma cetera que moritura erant. Non enī inueni opera tua plena coram deo meo. Mēmor ergo esto qualiter accepisti et audisti. et serua. et penitentiam age. Si ergo non uigilaueris. ueniam ad te tanquā fur. et nescies qua hora ueniam ad te. Sed habes pauca nomina i sardis. que non inquinauerūt uestimenta sua. et ambulabunt mecū in albis. quia digni sunt. Qui uicerit sic uestietur uestimentis albis. et nō delebo nomen eius de libro uite. et cōfitebor nomen eius coram patre meo. et coram angelis eius. Qui habet aurē audiat quid spūs dicat ecclīs.

Et angelo philadelphie ecclē scribe. hec dicit sanctus et uerus. qui habet clauem dauid. qui aperit. et nemo claudit. et claudit. et nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostiū apertū quod nemo potest claudere. quia modicā habes uirtutē. et seruasti uerbū meū. et non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga sathane. qui dicūt se iudeos esse et nō sunt. sed mentiuntur. ecce faciā illos ut ueniant et adorent ante pedes tuos. et scient quia ego dilexi te. quia seruasti uerbū patientie mee. et ego seruabo te ab hora tēptationis q̄ uentura est in orbem uniuersum tēptare habitantes in terra. Ecce uenio cito. tene quod habes ut nemo accipiat coronā tuā. Qui uicerit faciā illum columpnā in templo dei mei. et foras iam non egredietur amplius. et scribā super eum nomen dei mei. et nomen ciuitatis dei mei noue ierl. que descendit de celo a deo meo. et nomen meum nouum. Qui habet aurē audiat quid spūs dicat ecclīs.

Et angelo laodicie ecclē scribe. hec dicit amē. testis fidelis et uerus. qui est principium creature dei. Scio opera tua. quia neq; frigidus es neq; calidus. Vtinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es. et nec frigidus nec calidus. incipiam te euomere ex ore meo. quia dicis quod diues sum et locupletatus. et nullius egeo. et nescis quia tu es miser et miserabilis. et pauper. et cecus. et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum ut locuples fias. et uestimenta alba ut induaris. et non appareat confusio nuditatis tue. et collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Ego quos amo arguo et castigo. Emulare ergo et penitentiam age. Ecce sto ad ostium et pulso. si quis audierit uocem meam. et aperuerit ianuā. intrabo ad illum et cenabo cū illo et ipse mecū. Qui uicerit dabo illi sedere mecū in throno meo. sicut et ego uici et sedi cū patre meo in throno eius. Qui habet aurē audiat quid spūs dicat ecclīs.

Et post hec uidi. et ecce ostiū apertū in celo. et uox prima quā audiui tanquā tube loquentis mecum dicēt. Ascende huc et ostendā tibi q̄ oportet fieri post hec. Statim fui in spū. et ecce sedes posita erat in celo. et supra sedē sedes. et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardonis. et iris erat per circuitum sedis similis aspectui smaragdine. et circumsedebant sedes. et in sedibus. xxiiii. seniores sedentes circumamicti stolis albis. et in capitibus eorum

coronas aureas. et de throno p̄cedūt fulgura ⁊ voces ⁊ tonitrua
⁊ vii. lāpades ardentes. ante thronū. que sūt. vii. sp̄s dei.
⁊ in cōspectu sedentis quasi mare vitreū. simile crystallo.
et in medio sedis. ⁊ in circuitu sedis quattuor. āīalia plena
oculis. ante ⁊ retro. Et āīal p̄mū simile leoni. ⁊ secūd. āīal
simile vitulo. ⁊ tertiū. āīal hūs faciē. q̄si hōis. ⁊ quartū. an
imal simile aquile volāti. Et quattuor āīalia singuli eor
habebant alas senas. ⁊ in circuitu ⁊ intus. plena sūt
oculis. ⁊ requiē nō habebāt die ac nocte dicētia. Sc̄s sc̄s
sc̄s. dñs deus oīp̄s qui erat ⁊ qui ē ⁊ qui uenturus. Et
cū darent illa quattuor āīalia glām ⁊ honorē. et benedi
ctionem sedenti super thronū viuenti i sēcla seculoꝝ. procid
bant. xx. iiii. seniores. ante sedentē in throno ⁊ adorabāt
viuentē in sēcla seculoꝝ. Et mittebant coronas suas ante
thronū dicentes. dignus es dñe deus noster accipere glām et
honorē et virtutē. q̄a tu creasti oīa. et p̄pter uoluntatem
tuā erāt et creata sūt.

¶. v. Et vidi in dextera sedentis super thronū librū scriptū intus
⁊ foris signatū sigillis. vii. Et vidi angelū fortē p̄di
cantē voce magna. Quis est dignus aperire librū ⁊ solvere
signacula eius. Et nēo poterat in celo. neq; in terra. neq; sub
terra aperire librū neq; respicere illū. Et ego flebam
multū. q̄a nēo dignus inuentus est aperire librū. nec videre
eū. Et unus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris. Ecce
vicit leo de tribu iuda radix dauid aperire librū ⁊ solvere
septē. vii. signacula eius. Et vidi ⁊ ecce in medio throni
⁊ quattuor āīaliū. et in medio seniorū. agnū stantem
tanquā occisū. hñntem cornua. vii. et oculos. vii. q̄ sūt
vii. sp̄s dei missi in omnem terrā. Et venit et accepit librū
de dextera sedentis in throno. Et cū aperuisset librum quat
tuor. āīalia. ⁊. xx. iiii. seniores ceciderūt cor. ānte agnū. habē
tes singuli citharas. et fiales aureas plenas odoramentoꝝ q̄
sunt orationes sc̄oꝝ. Et cantabant canticū nouū dicen
tes. dignus es dñe accipere librū. et aperire signacula eius.
q̄a occisus es. et redemisti nos deo in sanguine tuo. ex oī
tribu ⁊ lingua. ⁊ p̄plo ⁊ natione. et fecisti nos deo nr̄o regnū
⁊ sacerdotes. ⁊ regnabim⁹ super terrā.

Et vidi ⁊ audiui vocē angelorū multorū in circuitu throni ⁊
āīaliū ⁊ seniorū. Et erat numerus eorū milia milium dicē
tium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est accipe
re virtutē ⁊ diuinitatem ⁊ sapiam ⁊ fortitudinē ⁊ honorē.
⁊ glām ⁊ benedictionē. Et omnem creaturā q̄ in celo ⁊ sup
ra terrā et subtus terrā. et que sunt in mari. ⁊ ea q̄ in eo
sunt audiui dicentes sedenti in throno ⁊ agno benedictio ⁊ honor
⁊ glā ⁊ potestas in sēcla seculoꝝ. Et quattuor āīalia dicebāt. amē. Et. xx. iiii. se
niores ceciderūt in facies suas. et adorauerūt. Et vidi q̄ aperuit
sigillum vnum de. vii. signaculis. ⁊ audiui unū de quat
tuor āīalibus dicēs. veni ⁊ vide. Et vidi. ecce equus albus ⁊ qui sedebat sup̄ eū habebat arcū. ⁊
data ē ei corona. ⁊ exiit vincēs ut vinceret. Et cū aper
uisset sigillū secūd. audiui secūd āīal dicens. veni ⁊ vide.
Et exiit alius equus rufus. ⁊ qui sedebat super eū datū
⁊ est ei ut sumeret pacē de terra. ⁊ ut inuicē se interficiant.
⁊ datus ē ill⁹ gladius magnus. Et cū aperuisset sigillū tertiū.
audiui tertiū āīal dicēs. veni ⁊ vide. Et ecce equus niger.
⁊ qui sedebat super eū habebat statēram in manu sua. Et a
udiui tanquā vocē in medio quattuor āīaliū dicentiū. bi
libras tritici denario. ⁊ tres libras ordei denario. tu
autē vinū ⁊ oleū ne leseris. Et cū aperuisset sigillū quartū
audiui vocē quarti āīalis dicētis. veni ⁊ vide. Et ecce
equus pallidus. ⁊ qui sedebat desuper nomen illi mors. ⁊ in
ferni sequebatur eū. Et data ē illi potestas sup. iiii. par
tes terre. interficere gladio ⁊ fame. ⁊ morte. ⁊ de bestiis ter
ræ. Et cū aperuisset quintū sigillū. vidi subtus altare aias i
terfectoꝝ p̄pter verbū dei. ⁊ p̄pter testimoniū q̄ habebāt
et clamabant voce magna dicētes. vsq; quo dñe sc̄e ⁊
verus non iudicas ⁊ vindicas sanguinem nr̄m de habitā
tibus in terra? Et date sunt illis singule stole albe. ⁊ dict̄
est eis ut requiescerent tp̄e adhuc modicū. donec impleatur nū
merus conseruoꝝ eorū. ⁊ fratrū eoꝝ qui interficiendi sunt sicut ⁊ illi. Et vidi cū
aperuisset sigillū septimū. factus ē silentium in celo quasi
ē media hora. Et septem angeli stabant in conspectu dei. et
date sunt illis septem tube. Et alius angelus venit. et stetit ante altare. habens
turibulum aureum. et data sunt illi incensa multa. ut daret de orati
nibus sanctoꝝ omnium super altare aureum q̄d est ante thronum. Et ascendit
fumus incensorum de orationibus sanctoꝝ de manu angeli coram deo. Et
accepit angelus turibulum. ⁊ impleuit illud de igne altaris. ⁊ mi
sit in terrā. Et facta sunt tonitrua. ⁊ voces. ⁊ fulgura. ⁊ terre
motus magnus. Et vii. angeli qui habebant vii. tubas
parauerunt se ut tubas canerent.

Et primus angelus tubam cecinit. ⁊ facta ē grando ⁊ ignis
mixta in sanguine. ⁊ missum est in terrā. et tertia pars terre
usta ē. ⁊ tertia pars arborum exusta ē. et omne fenum uiride
exustum est.

Et secūd angelus tubam cecinit. ⁊ tanq̄ mons magnus igne ardens
missus ē in mare. et facta ē tertia pars maris sanguis. ⁊ mor
tua ē tertia pars eorum q̄ habebant āīas in mari. ⁊ tertia pars
nauium interiit.

Et tertius angelus tubam cecinit. ⁊ cecidit de celo stella magna
ardens tanquam face. ⁊ cecidit in tertiā partē fluminum
⁊ fontes aquarū. ⁊ nomen stelle dicit absinthium. Et facta ē tertia
pars aquarū in absinthium. Et multi hoīes mortui sunt
de aquis quia amare facte sunt.

Et quartus angelus tubam cecinit. ⁊ percussa ē tertia pars solis. ⁊ ter
tia pars lune. ⁊ tertia pars stellarum. ita ut obscuretur
tertia pars eorum. ⁊ diei non luceret pars tertia. ⁊ noctis similiter.
Et vidi. ⁊ audiui vocē unius aquile volantis p̄ medium ce
li dicentis voce magna. ve. ve. ve. habitantibus in terra de
ceteris vocibus tribus angelorum q̄ erant tubā canturi.

Et quintus angelus tubam cecinit. Et vidi stellā de celo cecidisse
in terrā. ⁊ data ē illi clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abys
si. ⁊ ascendit fumus putei. sicut fumus fornacis magne. Et

¶. vii.

¶. viii.

¶. ix.

obscuratus ē sol. et aer. de fumo putei. Et de fumo putei
exierūt locuste in terrā. Et data ē illis potestas sicut habent potestatē
scorpiones terre. Et precepit ē illis ne lederēt fenū terre, neq;
omne uiride, neq; omnem arborē, nisi tantū hoīes qui non habent signū
dei in frontibus suis. Et datū ē illis ne occiderent eos, sed ut
cruciarentur mēsibus .v. et tormentum eorum erat sicut cruciatus scorpii
cū percutit hoīem. Et in diebus illis querēt hoīes mortē, et non inuenient eā: desiderabūt mori et fugiet mors ab eis. Et
similitudines locustarū, similes equis parati in prelium. Et super
capita earū tanquā coronē similes auro, et facies eorū sicut facies hoīm.
Et habebant capillos sicut capillos mulierū. et dentes earū sicut
dentes leonū erant. Et habebant loricas, sicut loricas ferreas.
Et uox alarū earū sicut uox currū equorū multorū currentiū
in prelium. Et habebant caudas similes scorpionum, et aculeos
erant in caudis eorū. potestas eorū nocē hoīb; mēsibus .v. Et habe-
bant sup se regē angelū abyssi, cui nomē hebraice abad-
don, grece autē apollion, et latine habens nomen exterminans. Ve
unū abiit. Ecce uenient adhuc duo ue post hec.
Et sextus angelus tuba cecinit. Et audiui uocē unā ex quatuor cor-
nibus altaris aurei q̄ est ante oculos dei dicentē sexto angelo
qui habebat tubam. Solue quatuor angelos qui alligati
sunt in flumine magno eufraten. Et soluti sunt qua-
tuor angeli qui parati erant, in horā et diē et mēsē et annum.
ut occiderēt tertiā partē hoīm. Et numerus exercitus
uiciesies milies denarius milia. audiui numerū eorum. Et ita uidi
equos in uisione, et qui sedebant super eos habentes lori-
cas igneas, et iacinctinas et sulphureas. Et capita equorum
sunt tanquam capita leonū. et de ore ipsorū procedit ignis et
fumus et sulphur. Ab istis tribus plagis occisa ē tertia pars ho-
minū. de igne et fumo et sulphure, q̄ procedebant de ore
eorū. potestas enim equorum in ore eorum ē. et in caudis eorum. nam
caude eorum similes serpentibus habentes capita. et in his
nocent. Et ceteri hoīes qui non sunt occisi in istis plagis, non
penitentiam egerūt de operibus manuū suarū. ut non adora-
rent demonia et simulachra aurea, et argentea et enea et lapidea, et ligna, que neq; uidere possunt, neq; audire, neq; am-
bulare. et non egerūt penitentiam a uisionibus suis, neq; a uene-
ficiis suis, neq; a fornicatione sua. neq; a furtis suis.
Et uidi alium angelū fortē descendentē de celo amictū nu-
be, et iris in capite eius. Et facies eius erat ut sol. et
pedes eius tanquā columpne ignis. et habebat in manu
sua libellū apertū. Et posuit pedē suū dexterū super
mare, sinistrum autē super terrā. Et clamauit uo
ce magna q̄ adhuc cū leo rugit. Et cū clamasset, locuta sūt
septē tonitrua uocē suas. Et cū locuta fuissent, ego
scribebam. Et audiui uocē de celo dicentē. Signa q̄ locuta sunt
septē tonitrua, et noli ea scribere. Et angelū q̄ uidi stantē super
mare et super terrā. leuauit manum suā ad celū. et iurauit per uiuentē
in secula seculorū qui creauit celū et ea q̄ in eo sunt. et terrā et ea
que in ea sunt. et mare et ea q̄ in eo sunt. quia tempus amplius non erit. sed in diebus uocis septimi
angeli cū ceperit tubā consummabit mysterium dei
sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Et uox quā au-
diui de celo iterū locutā mecū et dicentē. Vade accipe
librū apertū de manu angeli stantis super mare et super
terrā. Et abii ad angelū dicēs ei ut daret mihi librū
et dixit mihi. Accipe librū et deuora illū, et faciet amari
care uentrē tuū: sed in ore tuo erit dulce tanquā mel.
Et accepi librū de manu angeli et deuorauit illū. et erat
in ore meo dulce tanquā mel. et cū deuorassem eum amara
fuit uenter meus. Et dixit mihi. oportet te
iterū prophetare populis et gentibus et linguis et regibus multis. Et datus
ē mihi calamus similis uirge dicens. Surge et meti
re templū dei et altare. et adorantes in eo. Atriū autē q̄
est foris templū ejice foras et ne metiaris illud, quia datum
est gentibus et ciuitatē sanctā calcabūt mēsibus .xl. duobus.
Et dabo duobus testibus meis et prophetabūt diebus mille. ce-
sexaginta. amicti saccis. hi sunt due olive et duo candelabra in conspectu dei terre. stantes. Et si quis eos nocere
uoluerit ignis exiet de ore illorum et deuorabit inimi-
cos eorum. Et si quis eos uoluerit ledere. sic oportet eum
occidi. hi habent potestatem claudere celum: ne pluat diebus prophe-
tie illorum. Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in
sanguinem et percutere terrā omni plaga quotiēscūq; uoluerint. Et cū finierint testimonium suum. bestia q̄ ascendit
de abysso faciet aduersus illos bellum. et uincet illos et oc-
cidet eos. Et corpora eorum iacebūt in platea ciuitatis magne
que uocatur spiritualiter sodoma et egyptus. ubi et dominus
noster crucifixus est. Et uidebūt de populis et tribubus
et linguis et gentibus corpora eorum tres dies. et dimidium.
et corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et habi-
tantes terram gaudebūt super illis. et munera mittent. et
munera mittent inuicem. quoniam duo prophete cruciauerunt
eos qui habitant super terrā. Et post dies tres et
dimidium spiritus uite ab deo intrauit in eos. Et steterunt super
pedes suos. et timor magnus cecidit super eos qui uide-
runt eos. Et audierūt uocem magnam de celo dicentē
illis. Ascendite huc. Et ascendēt in celum in nube. et uide-
runt eos inimici eorum. Et in illa hora factus ē terremotus ma-
gnus. et decima pars ciuitatis cecidit. et occisa sunt in terre-
motu nomina hominum. vii. milia. et reliqui in timore facti sunt et
dederunt gloriam deo celi. Ve secundum abiit. ecce ue-
nit uenit cito.
Et septimus angelus tuba cecinit. et facte sunt uoces mag-
ne in celo dicentes. Facta ē regnum huius mundi domini nostri
et christi eius. et regnabit in secula seculorum. xxiiii. seniores qui
coram deo sedent in sedibus suis. ceciderūt in facies suas
et adorauerūt deum dicentes. Confitemur tibi domine deus
omnipotens qui es et qui eras et qui uenturus es. quia accepisti uirtutem tuam
magnam et regnasti. Et irate sunt gentes et aduenit ira
tua et tempus mortuorum iudicari. et reddere mercedem seruis
tuis prophetis et sanctis. et timentibus nomen tuum pusillis et magnis.
et exterminare eos qui corrumpunt terram. Et apertum est
templum dei in celo. et uisa est arca testamenti eius in templo
eius. et facta sunt fulgura et uoces et terremotus et grando
magna. Et signum magnum apparuit in celo.
Mulier amicta sole. et luna sub pedibus eius. et in capite
eius corona stellarum. xii. et in utero habens clamabat
parturiens. et cruciatur ut pariat. Et uisum est signum in celo. Et ecce draco magnus rufus. habens ca-
pita. vii. et cornua. x. et in capitibus suis. vii diademata
et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum celi. et mi-
sit eas in terrā. Et draco stetit ante mulierem que erat pari-
tura. ut cum peperisset filium eius deuoraret. Et peperit fi-
lium masculum qui recturus erat omnes gentes in uirga ferrea.
Et raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius. et mulier
fugit in solitudinem ubi habet locum paratum a deo. ut ibi pascant
eam diebus mille ducentis sexaginta.
Et factum ē prelium magnum in celo. michael et angeli eius pu-
gnabant cum dracone. et draco pugnabat. et
angeli eius. et non preualuerūt. neq; locus inuentus est eo-
rum amplius in celo. Et proiectus ē draco ille magnus.
serpens antiquus qui uocatur diabolus et sathanas.
qui seducit uniuersum orbem. proiectus ē in terrā. et angeli eius
cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnam in celo dicen-
tem. Nunc facta ē salus et uirtus et regnum dei nostri et potes-
tas christi eius. quia proiectus ē accusator fratrum nostrorum qui accusabat
illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi uicerūt
illum propter uerbum testimonii sui. et non dilexerunt animas
suas usque ad mortem. propterea letamini celi et qui habitatis in eis
ue terre et mari. quia descendit diabolus ad uos habens iram
magnam. sciens quod modicum tempus habet. Et postquam uidit
draco quod proiectus est in terrā. persecutus ē mulierem que pe-
perit masculum. Et datę sunt mulieri due ale aquile ma-
gne. ut uolaret in desertum in locum suum. ubi alitur per
tempus et tempora et dimidium temporis. a facie serpentis. Et misit serpens
ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen. ut eam
faceret trahi a flumine. et adiuuit terra mulierem. Et aperuit
terra os suum. et absorbuit terra flumen
quod misit draco de ore suo. Et iratus ē draco in mulierem
et abiit facere prelium cum reliquis de semine eius qui custo-
diunt mandata dei. et habent testimonium ihesu christi. Et stetit su-
per arenam maris. Et uidi de mari bestiam ascendentem. ha-
bentem capita. vii. et cornua. x. et in cornibus eius decem diademata. Et super capita
eius nomina blasphemie. Et bestia quam uidi similis
erat pardo. et pedes eius sicut ursi. et os eius sicut os leonis. Et dedit
illi

illi dnus ultionē suā. t potestē magnam. Et uidi unū
de ptib; quasi ad ictum l mortē. et plaga mortis eius
curata est. Et admirata ē uniuersa terra post bestiā. t adora
uerūt draconem q dedit potestatē bestie. t adorauerūt
bestiā dicētes. Quis similis bestie hec. q quis potest pugna
re cū ea Et datū ē ei os loquens ma- gnua blasphemi
am Et data ē illi potestas ut faceret menses quadraginta du
os. Et aperuit os suū in blasphemiam ad deū blasphemare no
men eius. t tabernaculū eius. t eos qui in celo habitant. Et
datū ē ei bellū facere cū scis. t uincere illos. Et data est
illi potestas in omnem tribū t pplm. t gentē t linguā. Et
adorauerūt eā oēs qui habitant terram. quor nō sunt
scripta nōia in libro uite agni qui occisus ē ab origine
mundi. Si quis habet aurē audiat. Si quis in captiuitatē duxerit.
in captiuitatē ibit. Qui in gladio occiderit. oportet eum
in gladio occidi. hic ē patientia t fides scōz.

Et uidi aliā bestiā ascendentē de terra. t habebat cornua
duo. similia agni. t loquebatur sicut draco. t potestatē prio
rē bestie omnē faciebat in cōspectu ei. Et fecit terrā t inha
bitantes in ea adorare bestiā primā. cuius curata ē plaga
mortis. Et fecit signa magna. ut etiā ignem faceret de celo descendere in terrā in conspectu hoīm. Et seduc
it habitantes terrā propter signa que data sunt illi facere in cōspectu
bestie. dicens habitantibus in terra. ut faciant ymaginē
bestie q habet plagā gladii. t uixit. Et datū ē illi ut daret
spīm ymagini bestie. ut t loquatur ymago bestie. Et
faciet ut quicūq; nō adorauerit imaginem bestie. occi
datur. Et faciet omnes pusillos t magnos. t diuites t
pauperes. t liberos t seruos. ut det eis caracterē in dextera ma
nu. aut in frontibus eorum. Et ut nemo possit uendere aut e
mere. nisi qui habet caracterē aut nomen bestie. aut numerū no
minis eius. hic sapientia ē. Qui habet intellectū. cōputet nu
merū bestie. Numerus enim hominis est. Et numerus eius sexcente
sexaginta sex.

Et uidi et ecce agnus stabat supra montē sion. t cū illo
centū quadraginta quattuor milia habentes nomen eius t
nomen patris eius scriptū in frontibus suis. Et audiui uo
cē de celo. tanquā uocem aquarū multarū. t tanquā uo
cē tonitrui magni. Et uocē quā audiui tanquā citha
rœdōz citharizantium in citharis suis. Et cantabāt quasi
canticū nouū ante sedē. t ante quattuor animalia. t seniores.
Et nō poterat dicere canticū nisi illa centū quadraginta
quattuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cū mulieribus
non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur
agnū quocūq; ierit. Hi empti sunt ex hoīb; primitie de
agno. et more ipōz nō est inuentū mendacium. Sine
macula enim sunt ante thronū dei.

Et uidi alterū angelum uolantē per medium celi. habentē euā
gelium eternū. ut euangelizaret sedentibus super terrā. t super
omnem gentē. t tribum. t linguā. t populū. dicēs magna
uoce. timete deū. t date illi honorē. quia uenit hora iu
dicii eius. t adorate eum qui fecit celū t terrā. mare t oīa q
ibi sunt. t fontes aquarū. Et alius angelus secutus est
dicēs. Eccidit. eccidit babilon illa magna. q de uino
re fornicationis sue potauit omnes gentes. Et alius angelus
secutus est illos. dicens uoce magna. Si quis adorauerit bestiā t ymaginē eius. t acceperit caracterē in
fronte sua. aut in manu sua. et ipse bibet de uino ire dei
qui mixtus est merum in calice ire ei. et cruciabit igne t sulphu
re in cōspectu angelorum sanctorum. et in cōspectu agni. Et fu
mus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Nec habebūt
requiem die ac nocte qui adorauerūt bestiā. t ymaginem
eius. Et si quis acceperit caracterē nōmis eius. hic pa
tientia sanctorum ē qui custodiunt mandata dei t fidem ihu.
Et audiui uocem de celo dicētē mihi. Scribe beati mortui qui in
dño moriuntur. Amodo iam dicit spīs ut requiescant ab laboribus
suis. opera enim illorum sequuntur illos.
Et uidi et ecce nubem candidā. t super nubē sedentē si
mile filio hoīs. habentē in capite suo coronā auream. t in manu
sua falcem acutā. Et alius angelus exiuit de templo clamāns
uoce magna ad sedentē super nubem. Mitte falcem
tuā t mete. quia uenit hora ut metatur. quia aruit me

fuit terre. Et misit qui sedebat super nubē falcē suā in terrā. t messa est
Et alius angelus exiuit de templo. qui habebat potestatem
ignis. et clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam
dicens. Mitte falcē tuā acutā. t vindemia botros uine
e terre. quia maturæ sunt uue eius. Et misit angelus falcē
suā in terrā. t uindemiauit uineā terre. et misit in lacū me
magnū. t calcatus est lacus extra ciuitatē. Et exiuit san
guis de lacu usq; ad frenos equoꝝ. per stadia mille sexcenta.
Et uidi aliud signū in celo magnum. t mirabile. angelos
vii. habentes vii. plagas nouissimas. quia in illis consum
mata est ira dei. Et uidi tanquā mare uitreum mixtum igne. t
eos qui uicerāt bestiā. t ymaginē eius. t numerum nomi
nis eius. stantes supra mare uitreum. habentes citha
ras dei. t cantabant canticū moysi serui dei. t canticū agni
dicētes. Magna t mirabilia opera tua. dne deus omnipotens.
iuste t uere uie tue. rex seculorum. Quis nō timebit te dne
t magnificabit nomen tuum. quia solus pius es. quia omnes
gentes uenient. t adorabunt in conspectu tuo. quia iudicia
tua manifestata sunt. Et post hec uidi. t ecce apertum est templum
tabernaculi testimonii in celo. t exierūt. vii. angeli habentes
vii. plagas de templo. uestiti lapide mundo t candido
t precincti circa pectora zonis aureis. Et unus de quatuor
animalibus dedit. vii. angelis. vii. fialas aureas plenas
ire dei uiuentis in secula seculorum. Et impletum est templum
fumo a maiestate dei et de uirtute eius. Et nemo po
terat introire in templum donec consummarentur. vii. pla
ge. vii. angelorum. Et audiui uocē magnā de templo dicē
tē. vii. angelis. Ite effundite. vii. fialas ire dei in
terrā.

Et abiit primus et effudit phialā suā in terrā. Et factum est ulcus
nus seuum ac pessimum in hoīb; qui habebāt caracterē bes
tie. t qui adorauerunt ymaginem eius.
Et secūs effudit phialā suā in mare. Et factus est sanguis tan
quā mortui. t oīa aīa uiuens mortua ē in mari.
Et tertius effudit phialā suā super flumina t super
fontes aquarū. Et factus est sanguis. Et audiui an
gelum aquarū dicētē. Justus es dne. qui es. et qui eras. et
sanctus. quia hec iudicasti. quia sanguinē sanctorū t prophetarū fuderunt.
t sanguinem eis dedisti bibere. dignum sunt. Et audiui
alterum angelum de altari dicentem. Etiam dne deus
omnipotens. uera t iusta iudicia tua.

Et quartus effudit phialā suā in solē. t datum est illi estu
are igne hoīes. t estuauerūt homines estu
gno. t blasphemauerūt nomen dei habentis potestatem
super has plagas. nec egerūt penitentiam ut darent illi glo
riam.

Et quintus effudit phialā suā super sedē bestie. Et factum
est regnum eius tenebrosum. t comedebant linguas suas pre dolore. Et blasphemauerūt deum celi pre
doloribus. t uulneribus suis. t nō egerūt penitentiam ex operibus
suis.

Et sextus effudit phialā suā in flumen magnum euphraten. t siccauit aquā eius. ut parabuntur uie regi
bus ab ortu solis.
Et uidi de ore draconis. t de ore bestie et de ore pseudoprophete tres
spūs tres immundos in modū ranarū. Sunt enim spūs demo
niorum facientes signa. t procedunt ad reges totius terre congregare
illos in prelium ad diem magnum dei omnipotentis. Et ecce ue
nio sicut fur. Beatus qui uigilat. t custodit uestimenta sua.
ne nudus ambulet. t uideant turpitudinem eius. Et congregauit
illos in locum qui uocatur hebraice Armagedon.
Et septimus effudit phialā suā in aerē. Et exiuit uox ma
gna de templo a throno dicēs factum ē.
Et facta sunt fulgura. t uoces. t tonitrua. Et terre motus
factus est magnus. qualis nunq; fuit ex quo homines fuerūt
super terrā. tam magnus terremotus sic magnus. Et facta est ciuitas
magna in tres partes. t ciuitates gentium ceciderunt. Et
babilon magna uenit in memoriam ante deum. ut det illi calicem
uini indignationis ire eius. Et omnis insula fugit. t montes
non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum descendit de celo in
homines. Et blasphemauerūt homines deum propter plagam grandinis.
quia magna facta est ualde nimis.

¶ .xvii.

Et venit unus de .vii. angelis qui habebant .vii. fialas et locutus est mecum dicens. Veni ostendam tibi dampnationem meretricis magne que sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre. et inebriati sunt qui habitant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in desertum in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie. habentem capita .vii. et cornua .x. Et mulier erat circumdata purpura et coccino. et inaurata auro et lapide pretioso et margaritis. habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione et inmunditia fornicationis eius. et in fronte eius nomen scriptum misterium. babilon magna mater fornicationum et abominationum terre. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum. et de sanguine martirum ihesu. et miratus sum cum vidissem illam ammiratione magna. et dixit michi angelus. Quare miraris. Ego tibi dicam sacramentum mulieris et bestie que portat eam. que habet capita .vii. et cornua .x. Bestia quam vidisti. fuit et non est. et ascensura est de abisso. et in interitum ibit. et mirabuntur inhabitantes terram. quorum non sunt nomina scripta in libro vite a constitutione mundi. videntes bestiam que erat et non est. Et hic est sensus qui habet sapientiam. Septem capita .vii. montes sunt super quos mulier sedet. et reges .vii. sunt. quinque ceciderunt. unus est. et alius nondum venit. et cum venerit oportet illum breve tempus manere. et bestia que erat et non est. et ipsa octava est. et de .vii. est. et in interitum vadit. Et .x. cornua que vidisti .x. reges sunt. qui regnum nondum acceperunt. sed potestatem tamquam reges una hora accipient post bestiam. Hii unum consilium habent. et virtutem et potestatem suam tradent bestie. Hii cum agno pugnabunt. et agnus vincet illos. quoniam dominus dominorum est. et rex regum. et qui cum illo sunt vocati electi et fideles. Et dixit michi. Aque quas vidisti. ubi meretrix sedet. populi sunt et gentes et lingue. Et .x. cornua que vidisti in bestia. hii odient fornicariam. et desolatam facient illam et nudam. et carnes eius manducabunt. et ipsam igni concremabunt. deus enim dedit in corda eorum. ut faciant quod illi placitum est. ut dent regnum suum bestie. donec consummentur verba dei. Et mulier quam vidisti est civitas magna que habet regnum super reges terre.

¶ .xviii.

Et post hec vidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam. et terra illuminata est a gloria eius. et exclamavit in fortitudine dicens. Cecidit. cecidit babilon magna. et facta est habitatio demoniorum. et custodia omnis spiritus inmundi. et custodia omnis volucris inmunde. et odibilis. quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes. et reges terre cum illa fornicati sunt. et mercatores terre de virtute deliciarum eius divites facti sunt. Et audivi aliam vocem de celo dicentem. Exite de illa populus meus. et ne participes sitis delictorum eius. et de plagis eius non accipiatis. quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum. et recordatus est deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis. et duplicate illi duplicia secundum opera eius. in poculo quo miscuit miscete illi duplum. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit. tantum date illi tormentum et luctum. quia in corde suo dicit. Sedeo regina et vidua non sum. et luctum non videbo. Ideo in una die venient plage eius. mors et luctus et fames. et igni comburetur. quia fortis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt. cum viderint fumum incendii eius. longe stantes propter timorem tormentorum eius. dicentes. Ve. ve civitas magna babilon. civitas illa fortis. quoniam una hora venit iudicium tuum. et negotiatores terre flebunt et lugebunt super illam. quoniam merces eorum nemo emet amplius. merces auri et argenti. et lapidis pretiosi et margarite. et bissi et purpure. et serici et cocci. et omne lignum thiinum. et omnia vasa eboris. et omnia vasa de lapide pretioso et ferro et marmore. et cinnamomum. et odoramentorum. et unguenti. et thuris et vini et olei et simile et tritici et iumentorum. et ovium et equorum et redarum et mancipiorum. et animarum hominum. et poma tua desiderii anime tue discesserunt a te. et omnia pinguia et preclara perierunt a te. et amplius illa iam non invenient. mercatores horum qui divites facti sunt ab ea. longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes. ac lugentes. et dicentes. Ve. Ve civitas illa magna que amicta erat bisso. purpura et cocco. et deaurata auro et lapide pretioso et margaritis. quoniam una hora destitute sunt tante divitie. Et omnis gubernator. et omnis qui in lacum navigat. et naute. et qui in mari operantur. longe steterunt et clamaverunt. videntes locum incendii eius. dicentes. Que similis civitati huic magne. Et miserunt pulverem super capita sua. et clamaverunt flentes et lugentes. et dicentes. Ve. ve civitas illa magna in qua divites facti sunt omnes qui habent naves in mari de pretiis eius. quoniam una hora desolata est.

Exulta super eam celum. et sancti et apostoli et prophete. quoniam iudicavit deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum. et misit in mare dicens. Hoc impetu mittetur babilon magna illa civitas. et ultra iam non invenietur. Et vox cytharedorum et musicorum et tibia canentium et tuba non audietur in te amplius. Et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius. et vox sponsi et sponse non audietur adhuc in te. quia mercatores tui erant principes terre. quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes. et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est. et omnium qui interfecti sunt in terra.

¶ .xix.

Post hec audivi quasi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium. Alleluia. Laus et gloria et virtus deo nostro est. quia vera et iusta iudicia eius sunt. qui iudicavit de meretrice magna que corrupit terram in prostitutione sua. et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt. Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores .xx.iiii. et .iiii. animalia. et adoraverunt deum sedentem super thronum dicentes. Amen. Alleluia. Et vox de throno exivit dicens. Laudem dicite deo nostro omnes servi eius. et qui timetis deum pusilli et magni.

Et audivi quasi vocem tube magne. et sicut vocem aquarum multarum. et sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium. Alleluia. quoniam regnavit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus. et demus gloriam ei. quia venerunt nuptie agni. et uxor eius preparavit se. et datum est ei ut cooperiat se bissino splendenti candido. Bissinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit michi. Scribe. beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit michi. hec verba vera dei sunt. Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conservus tuus sum. et fratrum tuorum habentium testimonium ihesu. Deum adora. Testimonium enim ihesu est spiritus prophetie.

Et vidi celum apertum. et ecce equus albus. et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax. et cum iustitia iudicat et pugnabat. Oculi autem eius sicut flamma ignis. et in capite eius diademata multa. habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine. et vocabatur nomen eius verbum dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis. vestiti bissino albo mundo. Et de ore ipsius procedit gladius ex utraque parte acutus ut in ipso percutiat gentes. et ipse reget eas in virga ferrea. et ipse calcat torcular vini furoris ire dei omnipotentis. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum. rex regum et dominus dominantium. Et vidi unum angelum stantem in sole. et clamavit voce magna dicens omnibus avibus que volabant per medium celi. Venite congregamini ad cenam magnam dei. ut manducetis carnes regum. et carnes tribunorum. et carnes fortium. et carnes equorum et sedentium in ipsis. et carnes omnium liberorum ac servorum. et pusillorum ac magnorum.

Et vidi bestiam et reges terre. et exercitus eorum congregatos ad faciendum prelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia. et cum illo pseudo propheta qui fecit signa coram ipso. quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie. et qui adoraverunt ymaginem eius. Vivi missi sunt hii duo in stagnum ignis ardentis sulphure. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius. et omnes aves saturate sunt carnibus eorum.

¶ .xx.

Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abissi et catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et sathanas. et ligavit eum per annos mille. et misit eum in abissum. et clausit. et signavit super illum ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni. Post hec oportet illum solvi modico tempore.

Et vidi sedes et sederunt super eas. et iudicium datum est illis. et animas decollatorum propter testimonium ihesu. et propter verbum dei. et

qm nō adorauerūt bestiā neq; ymaginem el. nec acce
perūt caracterē el in frōtib; aut i manib; suis. et uive
rūt et regnauerūt cū xpō mille ānis. Ceteri mortuoꝝ nō
uixerūt. donec cōsumētur mille ānī. Hec resurrectio
ma. hec est. et qui habet partē in resurrectione ꝓma. in hꝫ
li secūda mors nō habet potestatē. sed erūt sacerdotes dei
et xpi. et regnabūt cū illo mille ānis. Et cū cōsumati fuerint mil
le. mm. soluetur satanas de carcere suo. et exibit sedu
cere gētes q sunt sup quattuor āgulos terre. gog et ma
gog. et congregabit eos in prīm. quoꝝ est numerus sicut are
na maris. Et ascenderūt sup latitudinē terre et circuierunt
castra sanctoꝝ et ciuitatē dilectā. et descendit ignis a deo
de celo et deuorauit eos. Et diabolus qui seducebat eos
missus est in stagnū ignis et sulphuris. ubi et bestia et pse
udo ꝓphēta cruciabūtur die ac nocte in secula seculoꝝ. Et
uidi thronū magnū candidū. et sedentem sup eū. a
facie cuius fugit terra et cetū. et locus non est inuentus
eis. Et uidi mortuos magnos et pusillos. stantes in con
spectu throni et libri aperti sunt. et alius liber apertus est
qui est uite. et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant
in libris secūdū opa eoꝝ. Et dedit mare mortuos qui in eo erāt.
et mors et infernus dederūt mortuos qui in ipis erant.
et iudicati sunt singuli secūdū opa ipoꝝ. et infernus et mors
missi sunt in stagnū ignis. hec mors secūda est stagnum
ignis. et qui nō est inuentus in libro uite scriptus. mis
sus est in stagnū ignis.

Et uidi celū nouū et terrā nouā. ꝓmū enim celū et ꝓma terra
abierūt. et mare iam nō est. Et ciuitatē scām hierl nouam
descendentē de celo ado ꝓparatā sicut sponsā ornatā uiro suo. Et
audiui uocē magnā de throno dicentē. Ecce tabernacu
lū dei cū hoībus et habitabit cū eis. et ipi ꝓpli eius erūt. et ipe
deus cū eis erit eoꝝ deus. Et absterget deus oēm lacrimā
ab oculis eoꝝ et mors ultra nō erit. nec luctus nec clamor
nec dolor erit ultra q ꝓma abierūt. Et dixit qui sedebat in
throno. Ecce noua facio oīa. Et dicit mihi. Scribe. q hec uer
da fidelissima sunt et uera. Et dixit mihi. Factū est. Ego sum. A et ω.
principiū et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque uite gra
tis. Qui uicerit possidebit hec. et ero illi deus. et ille erit mihi fi
lius. timidis autē et incredulis. et execratis. et homicidis. et fo
rnicatoribus. et uenefícis. et ydolatris. et oībus mendacib;
pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne et sulphure. qđ est
mors secūda.

Et uenit unus de. vii. angelis habentib; fialas plenas. vii. plagis
nouissimis. et locutus est mecū dicēs. Veni ostendā tibi sponsam uxorē agni. Et sustulit me in spū in montem
magnū et altū. et ostendit mihi ciuitatē scām hierl descendē
tē de celo ado. habentē claritatē dei. lumen eius simile lapidi
pretioso. tanq lapidi iaspidis sicut crystallū. habens mu
rū magnū et altū. habentē portas. xii. et nomina scripta
que sunt nomina. xii. tribuū filioꝝ israel. Ab oriente porte tres.
et ab aquilone porte tres. et ab austro porte tres. et ab
occasu porte tres. et murus ciuitatis habens fundamenta. xii.
et in ipis. xii. nomina. xii. apl̄oꝝ agni. Et qui loquebatur
mecum habebat arundinē auream. ut metiretur ciui
tatē et portas eius et murū. et ciuitas in quadro posita
est. et longitudo eius tanta est. quanta et latitudo. et mensus est ci
uitatē de arundine p stadia. xii. milia. longitudo et la
titudo et altitudo equalia sunt. et mensus est murum eius. c.
xl. iiii. cubitoꝝ mensura hōis que est angeli. Et erat struc
tura muri eius ex lapide iaspide. ipa uō ciuitas aurum mundum. simile
uitro mundo. fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso
ornata. Fundamentum primum iaspis. Secundum saphirus. tertium
calcedonius. quartus. smaragdus. Quintus sardonix. Sextus sar
dius. Septimum crisolitus. octauum berillus. nonum topazius.
decimum crisoprasius. Undecimum iacinctus. duodecimum ame
thistus. et. xii. porte. xii. margarite sunt per singulas. et
singule porte erant ex singulis margaritis. et platea ciuita
tis aurum mundum tanq uitrum lucidum. et templum non uidi in ea. dixit
enim deus omnipotens et agnus. Et ciuitas nō eget
et sole. neq; luna. ut luceāt in ea. Nam claritas dei illumina
vit eam. et lucerna eius est agnus. et ambulabunt gētes

lumine eius. et reges terre afferēt glām suā et honorē in
illā. Et porte eius nō claudēt per diē. nox enim nō erit illuc. et
afferēt glām et honorē gentium in illā. Nō intrabit in ea
aliquid coinquinatū et faciens abhominationē et mendaciū: nisi qui
scripti sunt in libro uite agni.

Et ostendit mihi fluuiū aquē uite splendidū tanq crystallum.
procedentē de sede dei et agni. in medio platee eius. et ex utra
q parte fluminis lignum uite. afferens fructus.
xii. per singulos menses reddens fructū suum. et folia ligni
ad sanitatē gentium. Et omne maledictum nō erit amplius. et sedes dei et agni in illa erūt. et seruientes illi. et uidebūt faciem eius et nomen eius in frontibus eoꝝ.
Et nox ultra nō erit. et nō egebūt lumine lucerne. neq; lumine solis. quoniam dñs deus illuminabit illos. et regnabūt in
secula seculoꝝ. Et dixit mihi. uerba fidelissima sunt et uera.
Et dñs deus sanctoꝝ prophetarum misit angelum suum ostende
re seruis suis que oportet fieri cito. Et ecce uenio cito. Beatus
qui custodit uerba prophetie libri huius. et
ego iohēs qui audiui et uidi. Et postquā audiui et uidi
cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui hec michi ostendebat.
Et dicit mihi. Vide ne feceris. conseruus tuus sum. et fratrum tuoꝝ prophetarum. et eoꝝ qui seruant uerba libri huius.
deum adora.
Et dicit mihi. Ne signaueris uerba prophetie libri huius.
tempus enim prope est. Qui nocet nocebit adhuc. et qui in sordibus est sordescat adhuc. et iustus iustificetur iustificet adhuc. et sanctus
sanctificetur adhuc. Ecce uenio cito. et merces mea mecum est. reddere unicuique sicut opus suum est. Ego sum. A et ω. primus et
nouissimus. principium et finis. Beati qui lauant stolas suas. ut sit
potestas eoꝝ in ligno uite. et per portas intrent in ciuitatem.
foris canes et uenefici et impudici et homicidę et ydolis seruientes. et omnis qui amat et facit mendacium. Ego iesus misi angelum meum testificari uobis hec in ecclesiis. Ego sum radix et
genus dauid. stella splendida et matutina. Et spūs et sponsa dicunt.
Veni. Et qui audit dicat. Veni. Et qui sitit ueniat. qui uult accipiat aquā uite
gratis.
Contestor ego omnī audienti uerba prophetie libri huius. Si
quis apposuerit adhec. apponet deus sup illum plagas
scriptas in libro isto. et si quis diminuerit de uerbis
libri prophetie huius. auferet deus partē eius de libro uite
et de ciuitate sca. et de his que scripta sunt in libro isto. Dicit
qui testimoniū phibet. Etiam uenio cito. Amen.
Etiam ueni dñe iesu. Gratia dñi nri iesu xpi cū oībus uobis.
Amen.

·xii. fruct· ligni·

·xpi·

·coinquinatus et mendax·

·q·xxii·

·xpi·

·ꝓphetie·

·Iustificet sanctificet adhuc·

·vnitas eccle·

·regnū agni·

·xii· ·fons aque·

·ꝓphetie·

·ꝓphetie·

·xii· ·ꝓphetie·

·xii· ·ꝓphetie·

·xii·

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg